Wm Washbourne

NB. H. ubiq; Hilleri Hierophyticon sig=
=nificare.

82

JOHANNIS BUXTORFI

LEXICON HEBRAICUM ET CHALDAICUM:

Complectens

Omnes voces tam Primas quàm Derivatas, quæ in Sacris Bibliis, Hebræâ, & ex parte Caldæâ linguâ ſcriptis extant.

Interpretationis fide, exemplorum Biblicorum copiâ, Locorum plurimorum difficilium ex variis Hebræorum Commentariis explicatione, auctum & illuſtratum.

Acceſſit Lexicon breve Rabbinico-Philoſophicum, communiora vocabula continens, quæ in Commentariis paſſim occurrunt.

Cum juſto INDICE vocum Latino.

Editio ſexta, de novo recognita, & innumeris in locis aucta & emendata.

Huic Sextæ Editioni acceſſit Abbreviaturarum συλλογὴ, ex optimis Authoribus concinnata.

LONDINI,

Typis *Jacobi Junii*, & *Moſis Bell*, ſumptibus *Richardi Whitakeri* & *Samuelis Cartwright.*

M. DC. XLVI.

Celsissimo Regni Anglicani totius Conventui.

ILLud *Vobis*, (honoratissimi *Proceres*, *Equites*, *Concives*, & dignissimi) unicè in votis fuit, ut honestis literis suus staret honos; sacris novus accederet. Quam a pijs sententiam, Religionis sanctione, (frustra crepante invidiâ) palàm aperuistis. Intelligebant facilè candidi quid judicaret Prudentia, quid Authoritas præscriberet. Sacras à Theologiæ candidatis paginas, at archetypas evolvi voluistis, ut expertos se darent initiati, cum faceretis in his fontibus periculum. Sperabamus adeò, summæ, brevi, (quod ὁμόψηφος censuit Erasmus) visum iri impudentiæ, quenquam Theologi titulo gestire, qui non Græcas, Hebraicas mundi Theologici arculas reclusisset. Deërat interim supellex libraria, cùm ab exterorum incertis, (quæ ubiq; calamitas,) tùm potestate, tùm voluntate dubii penderemus. Puduit in tanto opere promovendo nostram ope-

Ep. ad M. Dorpium lib. 31. epist. 42. col. 2015. Edit Lon.

ram desiderari. Conscripsimus statim Copias, in quibus exercendis operam insumentes non-nihil egimus. Prodijt *Vobis* Londini (hodie primùm) Lexicon Hebraicis Typis adornatum. Indignum prorsùs videbatur à *Vobis* provocantibus, excitantibus ad alios confugere. Accipite, quæsumus, & protegite justo Patrocinio debitum clientelæ officium; ulteriùs velitis, jubeatis. Non, quod videtis, veremur, ne, (momo mussitante) artes conticescant: nec veremur, dissipatis procellarum tenebris, post fugatos tenebriones, quin dies purior enitescat. Post tot in molestissimo hujus curriculi pulvere & tantas dimicationes, sincera, constans, pura *Pax* pro meta emicabit: Quam, piissimo, i. e. vestro omnium exemplo sinceram, fidam, puram utrisque ulnis amplexamur. Quam *Vobis*, (pro Prudentia & Pietate) prensantibus, ambientibus *Deus Opt. Max.* tanquam Tesseram deponat, dum in Cœlis puriorem pleniorem (adjudicante Christo) æternùm confirmarit.

Decimo. Cal. Martii 1645. *stilo vet.*

Levidenses hasce opellæ primitias officii ergo humilimè.
D.D.D.

R. WHITAKER, S. CARTVVRIGHT.

GE.

GENEROSISS. ET ILLUSTRIBUS DOMINIS.

D. ADOLPHO,
D. ARNOLDO-JUSTO,
D. GUILHELMO-HENRICO, } Fratribus germanis.

COMITIBUS *in Bentheim, Tekleburg, Steinfurt & Limpurg*: DOMINIS *in Rheda, Wefelinghofen, Alpen & Helffenstein*: LIBB. BARONIBUS *in Lennep*: *Præfectis hæreditariis Coloniensium, &c.*

Dominis suis clementiss. Gratiam & Pacem à DEO precatur,

JOHAN. BUXTORFIUS.

INTER *infinita* DEI *clementissimi in Ecclesiam, cujus & Vos, Illustres & Generosiss. DD. Comites, tutores estis, collata dona, Linguarum donum tantum est, ut eo, tanquam medio accõmodatissimo,* DEI *vivi & veri, cæli terræq; Creatoris, ipsiusq; sanctissimi verbi cognitio inter gentes infideles, ab Ecclesia & Republica Israelis remotas, eruperit, propagata & conservata*

servata sit. Primitùs enim DEI *cognitio purior & perfectior vigebat tantùm in populo uno, circumscripta linguâ unâ, nempe Hebræâ in populo Hebræo, quem solum* DEUS *pro suo beneplacito, ex omnibus aliis mundi populis, in peculium sibi elegerat, & fœdus gratiæ, Verbo scripto comprehensum, cum ipso inierat. Cum verò populus iste, progressu temporis, majori ex parte perfidus & refractarius fieret, statuit* DEUS, *pertinacissimâ populi malitiâ & ingratitudine offensus, fœdus suum tantùm in reliquis fidelibus conservare, & in refractariorum locum exteras gentes assumere, easq; ad sui agnitionem vocare. Hoc mediatè factum, & equidem consilio* DEI *suspiciendo, ac providentia admirabili. Subtraxit Judæis immorigeris animarum pastores Prophetas, sustulit Reges tutores corporum, & conservatores tranquillitatis publicæ. Inde res ipsorum cœperunt magis magisq; pessum ire, religio concidere, sectæ irrumpere, cultus verus* DEI *labascere & in fictitium converti. Tunc nulla pax domi, horribilis exagitatio foris: rapiebantur, distrahebantur inter vicinas gentes, ac inter eas Ægyptiis & Græcis adeò familiares facti sunt, ut & linguam Græcam singulari* DEI *consilio addidicerint. Interea suscitat* DEUS *animum Ptolomæi, Ægyptiorum regis, quem Philadelphum cognominârunt, ut, cùm esset omnium scientiarum & sapientum virorum amantissimus & cupidissimus, ac aliquot centena millia librorum ex toto orbe collegisset; res quoque Hebræorum sibi describi, ac maximè Legem ipsorum pernoscere cuperet.*

...it. *Quid fit? impetrat ab Eleazare summo Judæorum Pontifice septuaginta duos selectissimos viros, qui S. Scripturam ex Hebræa in Græcam linguam ipsi transtulerunt, idq; circa Annum* CCLXXX. *ante natum Christum. Rex ingenti gaudio affectus, eos, re benè gestâ, cum muneribus amplissimis Hierosolymam remittit. Hîc demùm prima fundamenta conversionis gentium infidelium ad* DEUM *jaciuntur; hîc cognitionis* DEI *inter gentes sparguntur semina, quæ paulatim in culmum assurgere, & post modum, irrigante Christo & Apostolis, in segetem uberrimam excrescere debebant: hîc quæ ter mille & aliquot centenos annos à condito mundo gentes latuerant, communi & longè lateq; tum patente linguâ innotescunt: hîc thesaurum salutis gentes accipiunt ab iis, qui eas abominabiles, & ne terrâ quidem dignas antea judicaverant. Singulare scilicet hoc fuit* DEI *consilium, ut illi ipsi, qui Messiam,* CHRISTUM DOMINUM, *spreturi & rejecturi erant,* CHRISTUM *gentibus amplectendum manifestarent: ut Verbum, quod sibi solis à* DEO *concreditum semper gloriati erant, nunc ultrò & fideliter cum gentibus communicarent. Scilicet, ut Eusebius scribit, ne si post Christi adventum id faciendum fuisset, vel ex invidia, quâ erga Christum & Christo fidentes laborarunt, Sacram Scripturam occultassent, vel corruptam dedissent, vel illorum, qui versuri eam fuissent, fides dubia apud posteros semper mansisset. Quàm avidè autem ea acceptata, & latè divulgata fuerit, docent Christi tempora, quibus*

 adeò

adeò in Ecclesiis pervulgata erat, ut jam Verbum DEI *planè ab Hebræis ad Græcos transiisse visum fuerit. Hæc itaque Verbi divini inter gentiles, per transitionem ex lingua Hebræa in linguam Græcam propagati, exoptata & salutaria fuere initia.*

CHRISTO *in plenitudine temporis mundo exhibito, ut* DEI *nomen celebre ab oriente in occidentem usque redderetur, rursus beneficio linguarum opus fuit, ut Christus cuique genti & nationi secundùm suam linguam prædicaretur & innotesceret. Quocirca anno* CHRISTI XXXIV. *in festo Pentecostes, Judæis ex omnibus nationibus Hierosolymis congregatis, ac diversis linguis utentibus, Spiritus Sanctus in Apostolos cœlitùs mittitur,* & cœperunt loqui aliis linguis, prout Spiritus ille dabat eis effari, *ut est* Actor. 2. 4. *ita ut singulæ nationes eos suâ linguâ loquentes, maximo cum stupore audirent & intelligerent. Locuti etiam sunt postea omnium istarum gentium linguis, ad quas egressi sunt, ut Christum prædicarent.*

Post Apostolos Verbum DEI *scriptum, Veteris quidem Testamenti, Septuaginta interpretum Versione Græcâ, Novi autem ab Evangelistis & Apostolis itidem Græcâ linguâ comprehensum, in Ecclesiis populi* DEI *permanet, cujus puritas beneficio linguæ Hebraicæ conservata fuit.*

Circa annum Christi CXXIX. *sub Imperatore Ælio Hadriano,* Aquila Ponticus *ex gentili Christianus, ex Christiano Judæus factus, Judæorum linguam, id est, Hebraicam discit, ac de novo Vetus Testamentum*

mentum ex Hebræo in linguam Græcam transfert. De hoc Hieron. in Epist. ad Pammachium: Aquila proselytus & contentiosus interpres, non solùm verba, sed etymologias verborum transferre conatus est, &c. *Et Comm. In Jesaiam cap. 4.* De Aquila autem non miror, quòd homo eruditissimus linguæ HEBRAICÆ, & verbum è verbo exprimens, &c.

ANNO *Christi* CLXXX. *sub Imp. Commodo innotuit* Theodotionis Pontici *interpretatio Græca, de qua Epiphanius lib. de Mensuris*, post hunc circa secundi Commodi regnum, Theodotion quidam Ponticus, è sectatoribus Marcionis hæresiarchæ Sinopitæ, infensus & ipse illius hæresi, & ad Judaismum declinans, & circumcisus, & HEBRÆORUM linguam ipsorumqué elementa edoctus, privatim etiam ipse interpretationem, & pleraque consonanter cum Septuaginta duobus, edidit.

ANNO *Christi* CC. *sub Imperatore Severo.* Symmachus, *à Samaritanis ad Judæos in Christum credentes (appellantur Judæi, quòd circumcisionem retinerent) deficiens, novam Sacræ Scripturæ interpretationem Græcam edidit. De hoc Hieron. in* c. 32. *Jerem. scribit. quòd* non verbum ex verbo, ut ante ipsum Aquila, sed sententias sententiis, juxta intelligentiæ ordinem, expresserit.

Anno Christi CCXIX. *Imper. Anton. Caracallâ, scribit Epiphanius, inventam esse in urbe Iericho aliam Sacræ Scripturæ ex* HEBRÆO *in Græcum interpretationem, quæ* Quinta editio *appellata fuit,*

ANNO *Christi* CCXXX. *denuò nova reperta est Interpretatio, quæ* Sexta editio *dicta. De hac Epiphanius citato libro* : Post hunc regnavit Alexander filius Mameæ annos tredecim : in medio horum temporum inventa est Sexta editio in Nicopoli ad Orientem sita.

Origenes *circa hæc tempora, studio conservandæ Sacræ Scripturæ in Ecclesia adductus, conjunxit primùm quatuor priores Græcas*, LXX. *Aquilæ, Theodotionis & Symmachi, ita ut columnis oppositis sibi responderent; eaqué appellata fuêre* Biblia Tetrapla. *Postmodùm præmittens illis textum Hebraicum Hebraicis characteribus scriptum, & eundem Græcis literis exaratum, appellavit ea* Hexapla. *Denique cùm inventæ essent Quinta & Sexta editiones, eas quoque prioribus, distinctis columnis, addidit; unde emanarunt Octopla, ut Epiphanius dicto loco prolixè explicat.*

Circa Annum Christi CCC. *& paulò ulteriùs*, LXX. *Interpretum Translatio emendata fuit per* Lucianum Martyrem & Hesychium. *De his Hieronymus in præfat. lib. Paral. sic scribit* : Alexandria & Ægyptus in Septuaginta suis Hesychium laudat autorem : Constantinopolis usque Antiochiam, Luciani martyris exemplaria probat : Mediæ inter has provinciæ Palæstinos Codices legunt, quos ab Origene elaboratos Eusebius & Pamphilus evulgaverunt, totusque orbis hac inter se trifariâ varietate compugnat. *De Luciano martyre scribit Eusebius* : Ipse omnes libros sacros

rursus sumpsit, & ex lingua renovavit HEBRAICA quam ipsam sciebat quoque accuratissimè, in eis corrigendis plurimùm laboris conferens.

Circa annum Christi CCCC. Hieronymus Stridonensis, *omnium Christianorum primus, cùm ante viginti annos Hierosolymis à Judæis linguam Hebræam discere cœpisset, Biblia Hebræa in linguam Latinam transtulit; & in occidentales Ecclesias Verbum* DEI *propagavit. Translatio ipsius longè lateque ab Ecclesiis acceptata fuit. Post Hieronymi tempora studium linguarum sacrarum diu cessasse videtur: undè non tantùm Translatio ipsius graviores depravationes passa est, quàm nunquam antea Biblia Græca (quæ subinde suos cultores & restauratores habuêre) sed & in universa doctrina Ecclesiæ, horrendæ tenebræ obortæ sunt, quæ ad mille ferè annos durarunt.*

ANNO *Christi* M. CCC. Nicolaus Lyranus *Hebraicè peritissimus, Biblia Latina commentariis quidem illustravit; at de textu Latino cum fonte Hebræo conferendo, parum aut nihil ab eo tentatum est.*

Tandem DEUS, *clementer Ecclesiæ suæ misertus, excitavit circa annum* M. D. *linguarum studiosissimos & peritissimos viros, qui turbatorum lacuum pertæsi, Scripturam sacram è fontibus Hebræis abluerunt, eamque vero suo nitori restituere, agminatim conati sunt.*

ANNO *Christi* M. D. XV. *in Hispania prodiit insigne* Opus Biblicum Complutense, *studio* Francisci Ximenii, *Archiepiscopi Toletani.*

Sequenti

Sequenti anno editum est in Italia Psalterium Octoplum, *Hebraicè, Græcè, Arabicè, Chaldaicè, cum tribus versionibus Latinis, & commentario ex Hebræis potissimùm Scriptoribus elaborato, per August.* Justinianum Genuensem, *Episcopum Nebiensem.*

ANNO *Christi* M. D. XXVIII. *in Gallia* Santes Pagninus Lucensis, *post Hieronymum primus Biblia Hebræa integra in Latinum fidelissimè convertit.*

ANNO M. D. XXXIV. *in Germania* Sebastianus Munsterus, *& paulò post,* Sebastianus Castalio *similiter magnâ fide & diligentiâ Biblia Hebræa Latinè interpretati sunt.*

ANNO M. D. XLIII. *prodiit Versio Latina* Leonis Judæ, *Theologi Tigurini, religione & fide summâ elaborata.*

ANNO M. D. LXVIII. *insecuta sunt* Biblia Regia Hispanica, *Hebraica, Chaldaica, & Græca, cum totidem Latinis versionibus, studio incredibili labore & diligentiâ admirabili, ac laude Regis sempiternâ, per Ariam Montanum adornata.*

Postremò, viri incomparabiles Immanuel Tremellius & Franciscus Junius, *suam quoque Versionem, perpetuis textûs notis diligentissimè illustratam, Ecclesiæ exhibuerunt. Præter hosce publicos in universam Ecclesiam redundantes labores, privatim etiam singulæ penè nationes in sua lingua vernacula, Versiones biblicas hoc seculo consecutæ sunt.*

Vidimus

Vidimus Verbum DEI, *per beneficium cognitionis linguæ Hebraicæ, inde à tempore* LXX. *Interpretum, à tribus scilicet fermè seculis ante natum Christum, in sua puritate conservatum, aut, cùm longinquitate temporis & librariorum incuriâ depravatum esset, ad suam puritatem, quantum quidem divina gratia humanæ concessit industriæ, ad hæc usque tempora reductum esse. Quanta itaque laude digni sunt etiam illi, qui studium Hebraicum inter Christianos illustrarunt & propagarunt? Inter hos, post Hieronymi tempora, Christianorum primus fuit* Johannes Capnion *Phorzensis, vulgò* Reuchlin *dictus, V. J. D. & Maxim. Imperatoris ac Eberhardi primi Wirtebergensis Ducis consiliarius, & totius Sueviæ Triumvir. Hic Anno Christi* 1494. *edidit librum de Verbo mirifico, arcanâ Hebræorum sapientiâ refertum: Anno* 1506. *Grammaticam & Lexicon Hebraicum, & decennio post, Libros tres De arte Cabalistica. Hunc attigerunt in Hispania* Petrus Galatinus: *In Italia* Felix Pratensis, Daniel Bombergus, Elias Levita *Judæus Germanus Romæ tunc degens: in Gallia* Santes Pagninus, Gulielmus Postellus, Franciscus Vatablus. *Subsecuti sunt* Johannes Mercerus, Cornelius Bertramus, Anton. Rodolphus Cephalerius: *in Germania* Sebastianus Munsterus, Johannes Forsterus, Paulus Fagius, Johannes Avenarius, *& plurimi alii, qui vel Præceptis vel Lexicis, vel utroque, Hebrai-*

cum studium mirum in modum propagarunt. Adeo potens isto seculo fuit DEI *erga Ecclesiam suam gratia, ad tam densas mille annorum tenebras discutiendas & profligandas.*

Jam verò, ut ad vos, Illustres & Generosiss. D D. Comites, propiùs sermonem dirigam, cùm Divinæ providentiæ placuerit, me ex omnibus minimum ad docendam linguam Hebræam in celeberrima Basileensi Academia vocare, studui pro viribus Spartam nactam exornare, & assiduitate augere. Et si autem meæ mihi tenuitatis in hisce studiis probè conscius sim, tamen monente Apostolo, Ut quisque accepit donum, ita alius in alium illud subministrantes, boni estote dispensatores variæ Dei gratiæ, 1 Pet. 4. 10. *volui quoque qualiacumque dona, mihi ex gratia concessa, ad publicam utilitatem conferre. Adornavi nunc breve hoc* LEXICON HEBRAICUM *&* CHALDAICUM *ad usum Studiosorum Theologiæ, qui magnæ molis libros circumferre nequeunt. In ea voces omnes Veteris Testamenti, quatenus illud Hebraicè, & ex parte Chaldaicè conscriptum, fidâ curâ explicantur. Non pauca etiam loca obscura & difficilia illustrantur. In subsidium adhibui Chaldæos & Hebræos interpretes, priscos & recentiores, quotquot mihi illorum copia esse potuit. Ex illorum authoritate quàm sæpissimè lux infertur locis ab interpretibus nostris diversimodè redditis. Huncce meum laborem qualemcunque, Vobis, Generosissimi D D. Comites, inscribe-*

ſcribere & dedicare volui, tùm, ut eſſet teſtimonium publicum memoris & grati mei, animi, pro favore ſummo ac ſingulari multiplicique, benevolentia & clementia erga me veſtra, quam antè viginti annos primùm in Illuſtri Schola Naſſovia, deinde hîc Baſileæ, poſtremò etiam Argentinæ, magno meo cum gaudio expertus ſum. Quæ benevolentia veſtra, ut perpetuam apud me memoriam promerita eſt, ita eandem quoque in poſterum erga me conſtantem futuram, haud dubius ſpero. Altera cauſa, quoniam Divina clementia Vobis dedit, ut ſitis in eorum numero, qui Eccleſiæ & Scholarum fidi & liberales dicuntur & ſunt nutritii: quâ virtute quæ major in principe & in eminentia conſtituto Dominatore eſſe poteſt? Præclarum profectò κατόρθωμα *per Inclytum Parentem veſtrum D.* ARNOLDUM *bened. mem. Filius* DEI *præſtitit, quòd ſublato in ſublime* VERITATIS VEXILLO *Eccleſiam inter tot turbas & immania rerum diſcrimina reformarit, & Illuſtrem* SCHOLAM STEINFURTANAM, *inter tot hoſtiles incurſiones, direptiones, depopulationes prudenter fundarit, liberaliter ornarit, feliciterque erexerit. Eo non tantùm pietatis in* DEUM, *& fidei in patriam fidoſque ac charos patriæ accolas, ſed & benevolentiæ ergà exteros remotiores, teſtimonium editum eſt luculentiſſimum. Vigent enim illic nunc variæ doctrinæ, erudita ſtudia, aluntur in præcipuis Scientiis viri Clariſſimi & Doctiſſimi, fluunt undiq;*

Iuvenes

Juvenes & Studiosi literarum flagrantissimi. Audivi, vidi, novi, qui non tantùm ex hisce Helvetiæ partibus, sed & ex aliis nationibus inde redeuntes, liberales studiorum fructus illic acquisitos prædicarent. Hanc laudem Pietate fundatam, in longinquum profitebitur subsecutura posteritas. Quare cùm Vos ipsi, Generosiss. Comites, variarum linguarum & rerum cognitione optimè imbuti, ad pietatis & doctrinarum præclara studia conservanda, cùm Paternâ institutione, tùm proprio pietatis zelo, summè propensi sitis, optimam spem concipio, fore ut & hosce meos conatus ad studium Theologiæ, quod in vera intelligentia Verbi divini linguâ Hebræâ & Græcâ conscripti, fundamentum habet, promovendum, benignè & clementer approbaturi sitis. Quod cùm de Vobis intellexero, abundè magnum horum studiorum fructum consecutus videbor. Oro autem Filium DEI, *Iesum Christum, ut det Vobis diu videre Terram vestram Pace, Concordiâ, Religione, Disciplina florentem, ad* DEI *gloriam & Ecclesiæ bonum. Scripsi Basileæ 17. August. Anno Domini*

M. DC. VII.

Lectori

IOHANNIS BUXTORFI EPITOME RADICUM HEBRAICARUM ET CHALDAICARUM.

א

Ancar of Corn bis bear

אבב אָבִיב Nomen masc. *Culmus, Spica mutica, Exod.* 9.31. *Arista virens, Levit.* 2. 14. Inde mensis אָבִיב *Exod.* 13.4. id est, *Martius*, quasi mensis spicarum, quia hordeum tunc fuit spicatum, *Exod.* 9.v.31.
אֵב m. *Viror, Virens, Fructus recens*, forma קֵן cum Affixo, בְּאִבּוֹ In virore suo, *Job* 8. 12. Plurale constructum, בְּאִבֵּי הַנַּחַל In virentia vallis, *Cant.* 6. 10.
אֵב, אִנְבָּא, אִבָּא m. *Chal. idem : Aff.* וּבַדַּרוּ אִנְבֵּיהּ Et dispergit fructum ejus, *Dan.* 4. 11. וְאִנְבֵּהּ *Et recens fructus ejus, Dan.* 4. 9. 11. ubi נ est loco Dagesch. Radix אֲבַב Primum vel præcocem fructum producere, legitur in Targum, *Hos.* 9. 10.

אבד *Periit, Interiit* : Partic. Benoni אֹבֵד Periens vel Perdita, *Deut.* 32. v. 28. in Pathach propter constructionem, ut Aben Esra recenset. Fut. יֹאבַד Peribit, *Pro.* 19. v. 9. in Tzere propter pausam. *Chald. Futur.* יֵאבַדוּ *Peribunt, Jer.* 10. 11. *Pih.* אִבֵּד *Perire fecit, Perdidit : Futurum* וָאַבֶּדְךָ Et perdidi te, *Eze.* 28.16.

pro וַיְּאַבֵּד euphoniæ cauſſa. *Hiph.* Præter. וְהֶאֱבִיד Et perdet, *Num.* 24. 19. Futur. אֹבִדָה Perdam, *Jerem.* 46. 8. א radicali abjecto, & Cholem ex forma Kal, vel certè Chald. aſſumpto. *Chald. Infinit.* לְהוֹבָדָה *Ad perdendum, Dan.* 2. 12. *& in* Aleph, לְהוֹבָדָא *ver.* 24. *Futurum,* תְּהוֹבֵד *Perdes. v.* 24. יְהוֹבְדוּן *Perderent, v.* 18. *in quibus* א *radicale mutatum in* ו, *&* ה *characteriſticum ex Hebraiſmo ſervatum, loco* א. *Hophal, Præter.* הוּבַד *Perditum fuit, Dan.* 7. 11.

אֹבֵד m. *Perditio, Num.* 24. 20. *Pſal.* 119. 176. quibuſdam manet Particip. Kal. eſt formæ סֹרֵק Vitis generoſa.

אֲבֵדָה f. *Res perdita, ſive amiſſa, Levit.* 6. 3. Conſtructum, לְכָל־אֲבֵדַת אָחִיךָ Omni rei amiſſæ fratris tui, *Deut.* 22. 3.

אֲבַדּוֹן m. *Perditio, Perditionis locus, Interitus, Job.* 28. 22. *Prov.* 15. 11.

אֲבַדֹּה f. idem, *Prov.* 27. 20. quod legitur אֲבַדּוֹ.

אָבְדָן m. idem, Conſtruct. בְּאָבְדַן מוֹלַדְתִּי In perditionem cognationis meæ, *Eſth.* 8. 6. juxta Aben Ezram.

אַבְדָן m. idem, *Eſth.* 9. 5. quod juxta *R. D.* Kimchi poſſit eſſe Infinitum Pihel, cum ן paragogico & Dageſch ejecto.

אָבָה *Voluit; Acquievit:* conſtruitur ſæpè cum Dat. & ferè addita negatione: Præt. לֹא אָבָה לִי Non acquievit mihi, *Pſal.* 81. 12. וְלֹא אָבוּא Et non voluerunt, *Jeſ.* 28. 12. cum א paragog. Fut. אַל תֹּבֵא Ne acquieſcito, *Prov.* 1. 10. ubi prima radicalis abjecta, & tertia in א mutata eſt.

אָב m. *Pater,* à propenſa Voluntate erga liberos, quaſi Benevolus dictus: item *Author, Inventor* primus *Gen.* 4. 20. *Doctor,* 2 *Reg.* 2. 12. id eſt, רַבִּי juxta paraphraſten Chaldæum: *Socer,* affinitate pater, 1 *Sam.* 24. 12. Tribuitur & Regibus, Principibus, Heris, Dominis, qui officio, ſuis miniſtris, ſubditis aut domeſticis, Patrum loco

loco ſunt, ut 2 *Reg.* 5. 13. Denique includit & avum & proavum, & pluraliter, quoſlibet Majores: Conſt. אֲבִי & bis אַב *Gen.* 17. 5. Aff. אֶת־אָבִי Cum patre meo, *Gen.* 19. 34. cum Kametz ad differentiam formæ conſtructæ. Plur. אָבוֹת *Patres, Majores*; Conſt. אֲבוֹת: Aff. אֲבוֹתַי Patres, vel majores mei, *Pſal.* 39. 13. *Chald.* אַב: *Aff.* אֲבוּךְ *Pater tuus, Daniel.* 5. 11. אֲבוּהִי *Pater ejus, Dan.* 5. 2. אֲבִי *Pater meus*, *ver.* 13. *plurale* אֲבָהָתִי *Patrum meorum, Daniel.* 2. 23. *cum Chirek loco Pathach*: אֲבָהָתָךְ *Patrum tuorum, Eſræ* 4. 15. אֲבָהָתַנָא *Patres noſtri, Eſr.* 5. 12.

אֵבֶה m. *Voluntas, Deſiderium*: עִם אֳנִיּוֹת אֵבֶה Cum navibus deſiderii, *Job.* 9. 26. id eſt, velocibus, in quibus homines citò compotes fiunt Deſiderii ſui, perveniendo, quò volunt & deſiderant, ut explicat R. Levi Gerſon, & R. David in lib. Rad.

אֶבְיוֹן m. *Egenus*, quaſi Deſiderans dictus: cum enim ſit pauper & bonis deſtitutus, ſemper habere Deſiderat, ſcribit R. Sal. *Exo.* 23. 6. *Deut.* 15. 4. Aff. אֶבְיוֹנְךָ Egeni tui, *Exo.* 23. 6. Plur. אֶבְיוֹנִים & conſt. וְאֶבְיוֹנֵי Egeni, *Exo.* 23. 11. Aff. אֶבְיוֹנֶיהָ Egenos ſuos, *Pſal.* 132. 15.

אֲבִיּוֹנָה f. *Appetitus, Concupiſcentia, Eccleſ.* 12. 5.

אֲבוֹי *Heu, Eheu, Prov.* 23. 29.

אָבִי *Ah, ô*, optandi & deſiderandi affectum ſignificans, *Job.* 34. 36. Quibuſdam, Voluntas mea: Pater mi.

אבח אִבְחָה f. *Cuſpis, Mucro*, Conſt. אִבְחַת חָרֶב Mucronem gladii, *Ezech.* 21. 20. Interpretes Hebræi variant: alius *Terrorem*, alius *Mactationem*, alius *Clamorem* exponit, reſpiciendo ad Radices טבח, נבח, בעת per literarum commutationem.

אבט אֲבַטִּחִים *Pepones*. Quidam volunt eſſe Nomen quatuor literarum. Vide infra in בטח.

אבך *Hithpah.* הִתְאַבֵּךְ *Elevari, Elevare ſe*: Futur. וַיִּתְאַבְּכוּ Elevabunt ſe, juxta Aben Eſram, *Jeſa.* 9. 18.

Ia. 9. *v.* 18. Quidam, in minutiſſimum pulverem abibunt, quaſi ab אָבָק Caph & Koph permutatis.

אבל *Luxit, In luctu fuit*: tribuitur etiam metaphoricè inanimatis. Præter. אָבַל תִּירוֹשׁ Luget muſtum, *Jeſ.* 24. 7. *Hiph.* הֶאֱבִיל *Lugere fecit, Luctum attulit.* Præt. הֶאֱבַלְתִּי Luctum attuli, *Ezech.* 31. 15. Fut. וַיַּאֲבֶל־חֵיל Et luctum attulit munitioni, *Thren.* 2. *v.* 8. *Hithpah.* Præt. הִתְאַבֵּל Luxit, 1 *Sam.* 15. 35.

אָבֵל m. *Lugens*; at 1 Sam. 6. v. 18. juxta paraphraſten Chaldæum & R. Solomonem, ponitur pro אֶבֶן *Lapis*, ut ex *v.* 15. liquet: Eſt & proprium nomen loci à Luctu ſic dicti, *Gen.* 50. 11. Conſt. כַּאֲבֶל־אֵם Sicut lugens matris, *Pſal.* 35. *v.* 14. Plural. אֲבֵלִים Lugentes: conſt. לַאֲבֵלֵי צִיּוֹן Lugentibus Tzionis, *Jeſa.* 61. 3. Fœminin. Plural. אֲבֵלוֹת *Thren* 1. 4.

אֵבֶל *Luctus*, *Gen.* 27. 41.

אֲבָל *At, Aſt, Sed, Verùm, Verumtamen, Immò.*

אוּבָל *Vide in* יָבַל.

אבן אֶבֶן f. *Lapis*; metonymicè, *Pondus*, *Deut.* 25. *v.* 13. *Perpendiculum*: *Maſſa*, ut Lapis plumbi, *Zach.* 5. 7. Lapis ſtanni, *Zach.* 4. 10. Aff. אַבְנוֹ Lapidem ſuum, 2 *Reg.* 3. 25. *Chald.* אֶבֶן *Lapis*, *Eſræ.* 5. 8. & forma emphatica אַבְנָא *Dan.* 2. 34. Plur. אֲבָנִים f. *Lapides, Pondera, Perpendicula*: *Conſt.* אַבְנֵי שֹׁהַם Lapides onychis, *Exod.* 28. 9. Aff. אַבְנֵיהֶם Lapidum eorum, *Neh.* 4. 3. אֲבָנֶיהָ Lapides ejus, *Deut.* 8. 9.

אָבְנַיִם m. d. *Sellæ parturientium juxta R. Sal*, Exod. 1. 16. Sellæ, Tabulæ figulorum, *Jer.* 18. 3. Forma dualis duplæ formæ ſervit: plicatæ enim circumgeſtantur commoditatis cauſâ.

אַבְנֵט m. *Balteus*, *Levit.* 8. 13. Aff. וְאַבְנֵטְךָ Et balteo tuo, *Jeſ.* 22. 21. Plur. אַבְנֵטִים *Exod.* 28. 40.

אבס *Saginare*: Partic. Pahul אָבוּס Saginatus, *Prov.* 15. 17. Plur. אֲבוּסִים 1 *Reg.* 4. 23.

אֵבוּס m. *Præsepe*, quasi Saginatoriū: בְּאֵין אֲלָפִים אֵבוּס בָּר Cum non fuerint boves, præsepe mundum est, *Prov.* 14. *v.* 4. Plur. cum Aff. אֲבוּסֶיךָ Præsepia tua, *Job* 39. 12. quasi ab אָבוּס

מַאֲבוּסִים m. p. *Granaria:* Aff. מַאֲבֻסֶיהָ Granaria, Horrea ejus, *Jer.* 50. 26.

אבק אָבָק m. *Pulvis Pulvisculus:* Const. אֲבַק רַגְלָיו Pulvis pedum ejus, *Nah.* 1.3. Aff. אֲבָקָם Pulvis eorum, *Ezech.* 26. 10.

אֲבָקָה f. idem: unde const. מִכֹּל אַבְקַת רוֹכֵל Præ omnī pulvere aromatarii, *Cant.* 3. *v.* 6.

נֶאֱבַק *Niph. Luctari*, quòd hoc in pulvere fieret, unde, *Fulvâ luctantur arenâ*, apud Virgil. Et, *In arenam descendere.* Futurum וַיֵּאָבֵק Et luctatus est, *Genes.* 32. 24. Infin. cum Aff. בְּהֵאָבְקוֹ In luctando ipsum, *Gen.* 32.25.

אבר אָבִיר m. *Robustus, Fortis, Potens, Validus.* Const. אֲבִיר יַעֲקֹב Robustus Jacobi, *Gen.* 49. 24. אֲבִיר יִשְׂרָאֵל Fortis Israelis, *Jes.* 1.24. Apud Rabbinos אִבֵּר roborare, obfirmare.

אַבִּיר m. idem: כְּאַבִּיר Ut potentissimus, *Jes.* 10.13. pro כְּאַבִּיר & juxta Masorethas legendum כַּבִּיר. Plur. אַבִּירִים *Robusti:* synecdochicè *Tauri, Juvenci, Equi*, quòd his robur competat, unde, *Fortes invertant tauri* apud Virgil. Et, *Non fortitudine equi delectatur*, *Psal.* 147. *vers.* 10. Const. אַבִּירֵי בָשָׁן, Robusti juvenci Baschanis, *Psal.* 22.13. Aff. אַבִּירַי Fortes meos, *Thren.* 1.15.

אֵבֶר m. *Penna, Ala*, quòd in iis Robur avium sit, אֵבֶר כַּיּוֹנָה Alas quasi columbæ, *Psal.* 55. *vers.* 7.

אֶבְרָה f. idem, *Job* 39. *vers.* 16. Aff. אֶבְרָתוֹ Alas suas, *Deut.* 32. 11. Plur. cum Aff. אֶבְרוֹתֶיהָ Pennæ ejus, *Psal.* 68. *vers.* 14.

הֶאֱבִיר *Hiph. Volare:* Futurum יַאֲבֶר נֵץ Volabit accipiter, *Job* 39. 29.

אגד אֲגֻדָּה f. *Fasciculus*, metaphoricè; *Cuneus, Ag-*

 men

men militum : Conſt. אֲגֻדַּת אֵזוֹב Faſciculus hyſſopi, *Exod.* 12.22. Aff. וַאֲגֻדָּתוֹ Et cuneum ſuum, id eſt, hominum & animalium turmas, *Hamos* 9. 6. Plur. אֲגֻדּוֹת Faſces, Sarcinæ. *Jeſ.*58.6. Quidam deducunt à גדד, ut tradit Ab.Eſra *Gen.*7.11. unde & גְּד Turma.

אגז אֱגוֹז m. *Nux*, juxta Hebræos interpretes communiter, *Cant.*6.10.quidam, *Tonſio*, *Putatio*, *Collucatio*, quaſi à גָּזַז. *H.*

אגל אֵגֶל m. *Gutta*: Plur. conſtr. אֶגְלֵי טָל Guttas roris, *Job.* 38. 28. Ab. Eſra vult, א eſſe formativum: R. Levi explicat per טופי.

אגם אֲגַם m. *Stagnum*, *Jeſa.* 35. 7. Plur. אֲגַמִּים Stagna, *Jeſa.*42.15.Conſtr. וְאַגְמֵי מָיִם Et ſtagna aquarum, *Jeſa.*14.23.Aff. אַגְמֵיהֶם Stagna eorum, *Exo.*7.19. ex quibus Dageſch euphoniæ cauſſâ ejectum eſt, aut ſunt à forma אֲגַמִּים inquit Kimchi. R. Sal. hic ſcribit: אגם eſt collectio aquarum non ſcaturientium neque fluentium, ſed ſtantium in loco uno.

אַגְמוֹן m. *Juncus*, à Stagnis in quibus creſcit, *Jeſa.*58.5. *Cortina*, *Ahenum* majus, *Job*.41.11.quomodo & יָם *Mare*, ad vas amplum refertur, ut eſt ſuo loco. Ab. Eſra, Stagnum, ex aëris calore fumans. *Arundo gracilis et aquatica H.*

אגן אַגָּן f. *Crater*, *Cant.* 2.7. Plur. בָּאַגָּנוֹת In crateribus, *Exod.*24.6. *Jeſa.*22.24.

אגף אֲגַפִּים maſc. plur. *Alæ*; metaphoricè, *Agmina*, quomodo Latinis *Alæ equitum*, *Alæ legionum* dicuntur. Affix. אֲגַפָּיו Agmina ejus, *Ezech.* 12. 14.

אגר *Collegit*, *Congeſſit*, *Comportavit* : Præter. בַּקָּצִיר אָגְרָה Comportat in meſſe, *Prov.*6.8. Partic. בַּקַּיִץ אֹגֵר Congregans in æſtate, *Prov.*10.5.

אֲגוֹרָה Vide in גרר. Quidam tamen hinc deducunt, quaſi ſit formæ בְּשׂוֹרָה: Vid.R.David.in Michlol.

אִגֶּרֶת fœm. *Epiſtola*, *Literæ*, ſic dictæ quòd in ea variæ

riæ res Comportentur, *Nehem.6.5. Chald.* אִגְּרָא *f. Epistola. Esr. 4. 8. emph.* אִגַּרְתָּא *v. 11. & sine* א *in fine, Esr.5.6.* Plur. אִגְּרוֹת Epistolæ, *Neh.2.7.* Aff. אִגְּרֹתֵיהֶם Literas suas, *Neh.6.17.*

אֲגַרְטָל m. *Pelvis, Pollubrum*: Plur. conſt. אֲגַרְטְלֵי זָהָב Pelves aureæ, *Esr.1.9.*

ארב *Hiph.* הֶאֱרִיב *Cruciavit.* Infin. וְלַאֲדִיב *Et ad cruciandum, 1 Sam.2.33. Vide* דָּאַב.

ארם *Rubere, Rubrum, Rufum esse*: Præt. אָדְמוּ Rubebant, *Thren. 4. 7. Pyh.* Part. מְאָדָּם Rubricatus, *Nahum. 2. 3. Plur.* מְאָדָּמִים Rubricatæ, Rubefactæ, *Exod. 25. 5. Hiph.* Futurum אִם יַאְדִּימוּ Si rubra fuerint, *Jes.1.18. Hitph.* Futurum כִּי יִתְאַדָּם Cùm rubescit, *Prov.23.31.*

אָדֹם m. *Ruber, Rufus, Rubicundus*: Plural. אֲדֻמִּים Rubentes, 2 *Reg.3.22.* Fœmin. אֲדֻמָּה Rufa, *Num.19.2.*

אֹדֶם m. *Pyropus, Rubinus*, lapis pretiosus, *Exod. 28. 17. & 39.10. Ezech.28.13.*

אָדָם m. *Homo*, quia fuit creatus עָפָר מִן הָאֲדָמָה Pulvis ex terra, *Gen.2.7.* Interdum generalitatem utriusque sexus significat, interdum distributivè, *Quisque*, ut *Levit. 1. 2.*

אֲדָמָה c. *Terra*, culta propriè, Rubri sive argillacei coloris: Conſt. אַדְמַת קֹדֶשׁ Terra sanctitatis, *Exod.3.5.* Aff. עֹבֵד אַדְמָתוֹ יִשְׂבַּע לָחֶם Colens terram suam saturabitur pane, *Prov.12.11.* Plur. אֲדָמוֹת Terræ *Psal.49.12.*

אֲדַמְדָּם *Subrubidus, Levit. 13. 42.* Fœm. אֲדַמְדֶּמֶת Subrubida, *ver.43.* Plur. אֲדַמְדַּמּוֹת Subrubidis, *Levit.14.37.*

ארן אֶדֶן m. *Stylobates, Basis, Exod. 38. 27.* Plural. אֲדָנִים & Conſt. אַדְנֵי *Exod. 26.37.* Aff. וְאַדְנֵיהֶם Et stylobatas earum, *Exod. 38. 10.* אֲדָנֶיהָ Bases ejus, *Job.38.6.* אֲדָנָיו Bases ejus, *Exod.35.11.*

אָדוֹן m. *Dominus*, de Deo & Hominibus, *Jos.3. 11. Mic.4.11.* Aff. אֲדֹנִי Dominus meus, *Gen.32.15* de Abra-

 hamo,

hamo, Plur. אֲרוֹנִים Domini. Dicitur de uno & pluribus. De uno Abrahamo, *Gen.* 24.9. Potiphare, *Gen.* 39. 2. Pharaone, *Gen.* 40. *v.* 1. Josepho, *Gen.* 42.30. vide *Iud.* 3.25. 2 *Sam.* 20.6. De uno Deo, *Psal.* 136.3. *Mal.* 1.6 Constr. אֲרוֹנֵי Affix. אֲרֹנָיו Domini ejus, pro Dominus ejus, passim. Semel de Angelis, *Gen.* 19. 2. quòd viri esse putarentur. Sic אֲדֹנֶיךָ Domini tui, singulariter, *Gen.* 24. 51. אֲרוֹנַי Domini mei, cum Pathach de hominibus; אֲרוֹנָי cum Kametz, de Deo & Angelis divinis, & habet sensum singularem. De angelis, quando ut legati Deum & Dominum suum referunt, *Gen.* 18. 3. 27. 30. 31. 32. *Iudic.* 6. 15. 22. Cæterùm אֲדֹנָי de Deo sic scriptum & lectum, invenitur centum triginta quatuor locis, quæ Masorethæ annotarunt. Septem ex illis sunt לַאדֹנָי quinquaginta וַאדֹנָי.

אֱדַיִן *Chal.* Tunc: בֵּאדַיִן *In tunc, per Pleonasmum, Dan.* 2. *Oritur ex Hebræo* אָז vel אֱזַי commutato ז in ד.

אדר *Niph. Partic.* נֶאְדָּר *Magnificus*, *Exod.* 15. 11. cum י paragogico, נֶאְדָּרִי Magnificum exhibes te, *Exod.* 15. 6. *Hiph.* הֶאְדִּיר *Magnificavit, Magnificum reddidit:* Futur. וְיַאְדִּיר magnificū reddidit, *Jes.* 42. *v.* 21.

אַדִּיר m. *Magnificus: Validus*, Aff. אַדִּירוֹ Magnificus ejus, Illustris *Jer.* 30.21. Plur. אַדִּירִים Constr. אַדִּירֵי הַצֹּאן Magnifici pecoris, *Jer.* 25.34. Aff. אַדִּירֶיךָ Magnifici tui, *Nah.* 3.18.

אֶדֶר m. *Magnificentia*, *Zach.* 11. 13. item *Toga, Pallium* magnificum, *Mich.* 2. 8

אֲדָר m. *Adar*, mensis Februario nostro respondens, *Esth.* 3. *v.* 7. *Chald.* לִירַח אֲדָר *Mensis Adar*, *Esræ.* 6.15. *vide* 2 *Mac.* 15.37. ubi dicitur esse vocem Syriacam.

אַדֶּרֶת f. *Magnificentia: Toga*, *Jos.* 7. *ver.* 21. Aff. אַדַּרְתּוֹ Togam magnificam suam, Paludamentum suum, *Jon.* 3. 6, אַדַּרְתָּם Magnificentia eorum, *Zach.* 11.3.

אִדַּר אִדְּרָא *Chald.* Area in *Targum sæpe: Plur. constr.* מִן אִדְּרֵי קַיִט Ex areis æstatis, *Dan.* 2. *v.* 35.

אֲדַרְגָּזְרַיָּא Chald. m. p. Senatores, Judices, Dan. 3. v. 2. Sunt qui ex אַדִּיר Magnificus & גְּזַר Decrevit, compositum existimant, quasi Judices magnificos dicas.

אַדְרַזְדָּא Chald. Sedulò, Diligenter, Esth. 7. 3.

אֲדַרְכֹּן m. Drachma: Plur. אֲדַרְכֹּנִים Drachmæ, 1 Par. 29. vers. 7. & Esra. 8. 27.

אהב אָהַב Amavit Dilexit: Partic. fœm. cum י paragogico, אֹהַבְתִּי Amans, Hos. 10. v. 11. pro אֹהֶבֶת Futur. אֹהַב Diligam, Prov. 8. v. 16. ex forma Chaldaica: תְּאֵהֲבוּ Amabitis, Prov. 1. 21. pro תֶּאֱהָבוּ ut Aleph audiatur: Quidam tamen ex Pihel esse volunt. Niph. Partic. Plur. הַנֶּאֱהָבִים Amantes se, Dilectissimi inter se, 2 Sam. 1. 23. Pihel: Part. מְאַהֲבִים Amantes, Amatores: מְאַהֲבַי Amantium me, Zach. 13. 6.

אֲהָבִים m. p. Amores, Prov. 5. 19. & אֳהָבִים Prov. 7. 18.

אַהֲבָה f. Amor, Dilectio: Const. אַהֲבַת נַפְשׁוֹ Amore animæ suæ, 1 Sam. 20. 17. Aff. אַהֲבָתִי Amor meus, Psal. 109. v. 4.

אהה Ahah, Ah, Jud. 6. 22. Interjectio dolentis. Alias הָהּ Ezech. 30. 2.

אהי Ubi? Hos. 13. 10. 14. quasi pro אַיֵּה positum. Aliis est Futurũ, Ero per Apocopam pro אֶהְיֶה ab הָיָה.

אהל אֹהֶל m. Tentorium, Gen. 4. v. 20. Aff. אָהֳלֹה Tentorium ejus, Gen. 13. 3. cum ה in loco Vau: הָאָהֳלִי Tentorii mei, Jos. 7. 2. cum Articulo ה & Affixo; vide Thesaurum nostrum Grammaticũ, lib. 2. cap. 5. in fine: Plur. אֹהָלִים & אֳהָלִים Const. אָהֳלֵי Aff. לְאֹהָלָיו. In tentoria sua, Jud. 7. 8. מֵאָהֳלֶיךָ A tentoriis tuis, Job 22. vers. 23. Cholem manente vel mutato.

אָהַל Tentorium figere, tendere, vel movere. Futurum וַיֶּאֱהַל Et tentoria movit, Gen. 13. 12. Hiph. Futur. יָהֵל Tentorium figet. Jes. 13. 20. pro יַאֲהִיל abjectâ primâ radicali: יַאֲהִיל. Vide in הלל.

אֲהָלִים m. p. Santali, arbores præstantissimæ, Num. 24. 6. cujus ligna siccata, aut fructus, odoris grati sunt, ut liquet

אֲהָלִים et אֲהָלוֹת: Cedri magnæ Cedrelates. H.

quet ex *Prov.7.v.17.* Et Fœm וַאֲהָלוֹת Et ſantali, *Cant.4.14.* Et ſic *Pſal.45.9.* Vulgò *Aloen* reddunt.

או *Aut, Vel, Sive :* Volunt quidam pro *Et, Si,* quandoque ſumi, ſed non neceſſe eſt.

אוב m. *Pytho,* qui reſponſa dando diabolicis artibus homines a Deo avocat. *Levit. 20.v.27. Plur.* אבות Pythones, *Levit.19.31 :* Item. *Vtres,* unde כְּאֹבוֹת Sicut utres, *Job. 32. v.19.* Hinc Pythonis ſignificatio juxta Aben Eſram, quòd ex tumido ventre, quaſi Utre oracula, deponeret. Inde & ἐγγαστρίμυθος dictus fuit.

אוד אֹרוֹת, אוֹדוֹת על *Propter, Cauſa, De,* ſemper præcedente particula עַל pro qua ſemel legitur אַל *2 Sam.13.16.* Aff. עַל־אֹדוֹתַי וְעַל־אוֹדוֹתֶיךָ Mei causâ & tui causâ. *Joſ.14.6.*

אוד m. *Titio, Torris, Amos 4. 11.* אוּדִים הָעֲשֵׁנִים Titiones fumigantes, *Jeſ.7.4.*

אוה *Pih. Expetivit, Concupivit, Deſideravit :* Præter. אִוִּיתִיךָ Deſidero te, *Jeſ.26.9.* Futur. תְּאַוֶּה Deſiderabit, *Deut.12.20.* נָאוָה נַאֲוָה Vide in נָאָה *Hith.* הִתְאַוָּה Deſiderat, *Prov.21.26.* וְהִתְאַוִּיתֶם vide in תָּוָה.

אִו m. *Deſiderium* juxta quoſdam, *Proverb. 31. 4.* vide & in אַיִן.

אַוָּה *Deſiderium*: Conſtr. אַוַּת־נַפְשְׁךָ Deſiderium animæ tuæ, *Deut,12.15.* Aff. בְּאַוָּתִי in deſiderio meo, *Hoſ.10.10.*

תַּאֲוָה f. idem. Conſt. תַּאֲוַת לִבּוֹ Deſiderium cordis ejus, *Pſal.21.3.* Aff. תַּאֲוָתִי Deſiderium meum, *Pſal. 38. 10.* vide aliam ejus ſignificationem in תָּאָה.

מַאֲוַיִּים m. p. idem: Conſt. מַאֲוַיֵּי רָשָׁע Deſideria improbi, *Pſal.140.8.*

אוח אֹחִים m. p. *Aves ferales, Animalia terribilia, Jeſ.13.21.* Variant interpretes.

אוי *Eheu, Væ, Ezech.16.23.* & cum ה paragogico אוֹיָה Hei, Heu, *Pſal.120.5.*

אול אֻלַי אוּלַי *Fortaſſis, Fortaſſe, Forſitan.* Eſt benè ſperantis

ſperantis potiùs, quàm dubitantis. Inde R. Salomo Gen.50.15. vult etiam optantis eſſe, idem quod לוּ *Utinam*. Poteſt etiam ad אלה referri.

אוּל m. *Robur*: cum Aff. אוּלָם Robur eorum, *Pſal.* 73. 4. Affine eſt ipſi אֵיל.

אוּלָם *Profectò, Certè, Veruntamen*, *Gen.*28.19. confirmandi particula quaſi ab איל. vide & infrà in אלם.

אֱוִיל *Stultus*, *Prov.*12.15. אֱוִלִי idem, *Zach.* 11. 15. Plur. אֱוִלִים Stulti, *Prov.*1.7.

אִוֶּלֶת *Stultitia*, *Res ſtulta*, *Prov.* 19. 3. Aff. אִוַּלְתִּי Stultitia mea, *Pſal.*38.6.

נוֹאַל *Stultè agere*, pro נֶאֱוַל Vide in יאל.

און אָוֶן m. *Iniquitas*, *Vanitas*, *Moleſtia* : *Idolum*, à Vanitate vel moleſtia, *Jeſ.* 66. 3. 1 *Sam.* 15. 23. Aff. אוֹנֵךְ Vanitatis, iniquitatis tuæ, *Jer.*4.14. אוֹנָם Iniquitatem ipſorum, *Pſal.*94.23. Aliter mox.

אוֹן m. *Robur*, *Potentia*, *Vires*, *Subſtantia*, *Opes*, quomodo cum הוֹן convenit, ut D. Kimchi ſcribit, *Hoſ.* 12. 8. Sic autem dicuntur opes, quòd vel robore, vel iniquitate aut moleſtiâ & labore parentur, aut quod homines Robur ſuum, in iis ponant. Aff. אוֹנוֹ Subſtantiam ſuam, *Job.*20.10. אוֹנוֹ Rob. ejus. *Job* 18.7. אוֹנִי Potentiæ meæ. *Gen.*49.3. Plur. אוֹנִים Vires, *Jeſ.*40.16. *Pſ.*78.51. At *Prov.* 11.7. Chaldæus & Ab. Eſra accipiunt ex ſignificatione אָוֶן pro adjectivo, Iniqui, formæ טוֹבִים Boni. Vide & אנן.

תְּאֻנִים m. p. *Moleſtiæ*, *Ezech.*24.12.

אוץ *Urſit*, *Arctavit*, *Preſſit*, *Feſtinavit* : Præt. אָץ Feſtinabat, *Joſ.*10 13. אַצְתִּי Urſi *Jer.*17.16. *Hiph.* Fut. וַיָּאִיצוּ Et urgebant *Geneſ.* 19. 15. תָּאִיצוּ Urgebitis, *Jeſ.* 22. 4.

אָץ m. *Præceps*, *Feſtinus*, *Arctus*, *Anguſtus*, *Joſ.* 17. 15.

אור *Lucidum eſſe*, *Illuminari*, *Lucere*, *Illucere* : Præter. הַבֹּקֶר אוֹר Mane illuxerat, *Geneſis.* 44. 3. *Niph.* נָאוֹר *Lucidum fieri*, *Illuſtrari*. *Illuſtrare*. Partic. נאור,

וַתָּאוֹרְנָה pro וַתָּרֹאנָה illuminati
Sunt Fut: Kal. 1 Sam: 14. 27.

נָאוֹר Illuſtris factus es, *Pſal.* 76. 5. Infin. לֵאוֹר ut illuſtretur, *Iob* 33. 30. Futur. וַיֵּאוֹר Et illuxit, 2 Sam. 2. 32. Hiph. הֵאִיר *Lucere fecit, Lucidum reddidit, Illuſtravit, Illuminavit, Incendit* : & intranſitivè, *Luxit, Reluxit* : Præterit. וְהֵאִיר Ut lux vel lucidum ſit, aut lucem præbeat, Exod. 25. 37.

אוֹר m. *Lux, Lumen* : Aff. אוֹרוֹ Lucem ſuam, Job 36. 30. Plur. אוֹרִים Lumina, *Pſal.* 136. 7. Quandoque *Pluvia*, juxta Hebræos : ut, יָפִיץ עֲנַן אוֹרוֹ Spargit nubes pluviam ſuam, *Iob* 37. 11. Sic Targum, מִטְרֵיהּ Pluviam ſuam: vide & v. 21. & 36. 30. Uide & R. Sal. *Pſal.* 139. 11.

אוֹרָה f. idem, *Eſth.* 8. 15. Plur. אוֹרוֹת *Olera*, 2 *Reg.* 4. *v.* 39. *Jeſa.* 27. 19. ſic dicta, quòd ſuo virore oculos Illuſtrent ut Talmudici ſcribunt in Joma fol. 18.

אוּר m. *Ignis* à Lucendo: *Focus*. *Jeſ.* 50. 11. Plur. בָּאֻרִים In ignibus. *Jeſ.* 24. 15. Item *Urim*, pectorale ſacrum ſummi ſacerdotis, oraculo in rebus dubiis ſerviens; וְאֶת־הָאוּרִים Et Urim, *Exodi* 28. 30. Aff. תֻּמֶּיךָ וְאוּרֶיךָ Thummim tui, & Urim tui, *Deut.* 33. *v.* 8. quæ qualia fuerint, non ſcimus, ſcribit Aben Eſra. *Ex.* 28, *v.* 5. Apud Talmudicos legitur אוּרִים dicũtur שמאירין את דבריהן quia illuſtrant, & explicant verba ipſorum : תוּמִּים autem שמתמימים את דבריהן, quia perficiunt verba ipſorum: Joma cap. 7. in fine. Vide Aben Eſram dicto loco, & R. Salom. *Exod.* 28. 30. & ibidem Targum Jonathanis. Ceſſarunt poſt Templum primum, Sota fol. 48. 2.

אֹרוֹת אֹרוֹת Vide in אָרָה.

מָאוֹר m. *Lumen, Luminare* : Conſt לִמְאוֹר פָּנֶיךָ Lumini vultus tui, *Pſal.* 90. 8. Plur. Conſt. מְאוֹרֵי אוֹר Luminaria lucis, *Ezek.* 32. 8. Fœm. Plur. מְאוֹרוֹת *Gen.* 1. 16.

מְאוּרָה f. *Caverna, Specus* : Conſt. עַל מְאוּרַת צִפְעוֹנִי Super ſpecum viperæ, *Jeſ.* 11. 8.

אוֹת c. *Signum*, tam nudum, quàm prodigioſum. *Gen.* 4. 15. Plur. הָאֹתוֹת Signis, Exodi 4. 9, לָאֹתֹת

In

In signa, *Gen.*1.14. Aff. אֹתֹתַי Signa mea, *Num.*14.*v.*22. *Chald.* אָת: *plur.* אָתִין *Signa*, Dan. 6. 28. emph. אָתַיָּא *Dan.* 3. *v.* 31. Aff. אָתוֹהִי Signa ejus *v.* 32. אוֹתִיּוֹת vide in אָתָה.

אָז *Tunc*: Futurum cum hac voce, plerumque convertitur in Præteritum, docet Ab Esra *Exod.* 15. 1. אֲזַי idem, *Psal.*124.v.3. מִן אָז *A tunc*, *Ex tunc*, id est, A quo tempore, Ex quo, *Jer.*44. 18: מֵאָז idem, *Gen.* 39.5. vel *A tunc* pro, *Ab æterno*, Ante ullum tempus, *Psal.* 93.2. *Prov.*8.22.

אזא אֲזָה *Chal.*Accendi. Succendi: *Partic.Pehil* אֲזֵה *Accensa*, Dan.3.22. *pro* אֲזָה *vel* אֵזֵי *Infinit.* לְמֵזֵא *Ad accendendum*, vers. 19: Aff. לְמֵזְיֵהּ *Ad accendendum eam*, *ibid.*

אזב אֵזוֹב m. *Hyssopus*, cujus in aspersionibus sacris erat erat usus, fasciculo ex eo facto, *Exod.* 12. 22. ubi vide interpretes.

אזד *Chald.* Abiit, Exiit. *Partic. Fœm.* אַזְדָּא *Abiit*, *Dan.* 2. 5. 8. *Juxta R. Saadiam idem est quod* אֲזַל per commutationem ד & ל.

אזל *Abiit*, *Digressus est*, *Profectus fuit.* Præter. אָזְלַת Abiit, Defecit, *Deut*, 32. 36: simile vide in שׁוּב Futurum תֵּזְלִי Digredieris, *Jer.*2.*v.*36. quæ sunt ex forma Chald. *Chal.* Præt, לְבַיְתֵהּ אֲזַל *Domum suam abiit*, Dan. 2. 17. אֲזַלוּ *Profecti sunt*, Esr. 4. 23. אֲזַלְנָא *Profecti sumus*, Esr. 5. 8. *Imp.* אֵזֶל *Abi* v. 15. *cum Tzere loco chateph Sægol. Pyh.* Partic. מְאוּזָּל Abire factus, Vagus, circumforaneus *Ezech.* 27.19. Sic Kimchi. Quibusdam est Nomen proprium. R. Solomon exponit Netum pro מְעוּזָּל. Nam עוּל Chaldaicè Nere.

אֶזֶל m. *Itio*, *Abitio*, *Iter.* 1 Sam.20.19.

אזן אֹזֶן f. *Auris*: Aff. אָזְנוֹ Auris ejus, *Jes.*33.15. Duale. אָזְנַיִם Aures, *Jesa.*42.v.20. Const. אָזְנֵי *Jesa.*32. *v.*3. Aff. אָזְנָיו Aures ejus, *Jes.*11.3. בְּאָזְנֵיכֶם In auribus vestris, *Deut.*5.1. אָזַן

אֲזֵנֶךָ: *Vide* - זין.

אִזֵּן *Pih. Attendit*: Præt. וְאִזֵּן Et attendit, *Eccles.* 12. 9. *Hiph.* הֶאֱזִין *Auribus percepit, Aures præbuit, Advertit.* Partic. מֵזִין *Prov.* 17. 4. pro מַאֲזִין. Sic Futur. אָזִין Aurem præbui *Job.* 32. 11. pro אַאֲזִין.

מֹאזְנַיִם m. d. *Lances, Statera, Trutina.* Construct. מֹאזְנֵי מִרְמָה Lances doli, id est, dolosæ, *Prov.* 11. 1.

* אֲזִקִּים vide in זָקַק.

אזר *Cinxit, Accinxit: Accinctus fuit*: Præter. אָזְרוּ Accinguntur, 1 *Sam.* 2. 4. *Niph.* Part. נֶאְזָר Accinctus, *Psal.* 65. 7. *Pih.* אִזֵּר Futur. וַתְּזַרֵנִי Et accinges me, 2 *Sam.* 22. 40. pro וַתְּאַזְּרֵנִי ut pro eo legitur *Psal.* 18. 40. *Hithp.* Præt. הִתְאַזָּר Accingit se, *Psal.* 39. *v.* 1. *Imper.* הִתְאַזְּרוּ Accingimini, *Jesa.* 8. 9.

אֵזוֹר m. *Cingulum, Cinctura, Jes.* 11. 5. 5. 27.

אח f. *Focus.* וְאֶת הָאָח לְפָנָיו מְבֹעָרֶת Et focus corã ipso ardebat. *Jer.* 36. 22. *Item* Ah, Heu, *Ezec.* 6. 11. & 21. 15. dolentis & gementis, quasi ab אָנָה vel pro אָהּ gutturalib. ה & ח commutatis: vide & mox in אֶחָד, & in אחח.

הֶאָח *Euge, Psal.* 35. 35. 21. vox gestientis & insultantis præ lætitia, unde Chaldæus plerunque eam vertit חֶדְוָא *Lætitia*, ut *Ezech.* 36. 2. *Job* 39. 28.

אַחִים vide suprà in אוֹחַ.

אחד אֶחָד m. *Unus, Quidam, primus*: Unum, juxta R. David, *Eze.* 18. 10. vel est *Frater* juxta Targum ab אָחָיו ex forma Chaldaica. Per Aphæresin, חַד *Ezech.* 33. 30. *Chald.* צְלֵם חַד *Imago una, Dan.* 2. 31. *Fœmin.* בִּשְׁנַת חֲדָה *In anno primo, Esr.* 5. 13. כְּשָׁעָה חֲדָא *Quasi hora una, Dan.* 4. 16. כַּחֲדָה *Simul, Una, Pariter, Dan.* 2. 35. Plur. אֲחָדִים Uni, id est, iidem, *Gen.* 11. 1. Pauci, *Gen.* 27. 44. & 29. 20. לַאֲחָדִים In una, id est, unita, *Ezech.* 37. 17. Fœmin. אַחַת & ad accentus pausantes אֶחָת Una contractum ex masc. pro אַחֶדֶת, ut docet Aben Esra *Exod.* 26. 7. Hinc verbum in *Kal* pro

pro *Unire, Adunare se*, unde possit esse Futur. תֵּחַד, quòd vide in יָחַד *Hitph.* הִתְאַחֲדִי Uni te, *Ezech.* 21. 16.

אַחִיוָן Vide in חיו.

אחה אָח m. *Frater; Propinquus, Agnatus, Cognatus,* & qui eadem professione, gente, morib. vel amicitia frater est. Pro agnato, ut Lotho, *Gen.* 14. 14. qui *v.* 12. dicitur fuisse filius fratris Abrahami: Pro gentili, *Lev.* 25.46. Pro quolibet proximo, *Lev.* 19. 17. & fratre morib. *Prov.* 18. 19. Constr. אֲחִי : Aff. אָחִי frater meus, *Gen.* 20. 5. אָחִיו Fratrem ejus, *Gen.* 4. 2. & semel cum Pathach לְאַחִיו Fratri suo, *Num.* 6. 7. Plur. אַחִים Fratres, *Gen.* 13. 8. & sic *Hos.* 13. 15. ubi tamen Aben Esra & R. Sal. *Pratum*, Ulvam vel carectum exponunt, pro אָחוּ de quo mox. Constr. אֲחֵי 2 *Reg.* 10.13. אֶחָיו Fratres ejus, *Jer.* 49. 10. לְאֶחָי Fratribus meis, *Psal.* 22.23. אַחֶיךָ Fratres tuos, *Gen.* 48.22. אַחֵינוּ Fratrum nostrorum, *Gen.* 31.32. *Chald.* אֲחָיךְ *Fratribus tuis*, *Esr.* 7.18.

אָחוֹת f. *Soror*, *Num.* 25.18. Constr. אֲחוֹת : Aff. וַאֲחֹתִי Et soror mea, *Job* 17. 14. Plur. אֲחָיוֹת & constr. אַחְיוֹת, unde cum Aff. אַחְיוֹתָיו Sorores ejus *Job* 42.11. & contractè וַאֲחוֹתַיִךְ Et sorores tuæ, *Ezech.* 16.55.

אַחֲוָה *Fraternitas*, *Zach.* 11.14.

Gen:41.2 אָחוּ m. *Ulva*, Carectum, vel simpliciter, *Gramen*, *Job*
Pratum. 8. 11. בָּאָחוּ In ulva, vel, In gramine, *Gen.* 4. 12. [redacted]

אַחֲוָיָה *Chald. vide in* חוה. ||| אָחוּ spargarium. H.

אחז *Cepit, Prehendit, Apprehendit, Comprehendit, Tenuit, Possedit: Hæsit, Cohæsit*, ut 1 Reg. 6. 6. *Ezech.* 41. 6. *Hærere fecit, adjecit, adjunxit*, ut 1 *Reg.* 6. 10. Construitur cum Accus. & sepè cum בְּ. *Niph.* נֶאֱחַז *Captus, Detentus fuit, Possessor constitutus vel factus fuit.* Præter וְנֹאחֲזוּ Et possessores fient, *Num.* 32.30. cum א quiescente, ut in Futuro Kal. Part. נֶאֱחָז Detentus, *Gen.* 22.13. Plur. שֶׁנֶּאֱחָזִים Qui capiuntur,

Eccles.

Eccles. 9. 12. *Pih.* Partic. מְאַחֵז Continet *Iob* 26. 9. *Hoph.* Partic. מְאֻחָזִים Comprehensi, Conjuncti, 2 Par. 9. 18.

אֲחֻזָּה *Possessio*: Constr. וַאֲחֻזַּת הָעִיר Et possessionem urbis, *Ezech.* 45. 6. Aff. וַאֲחֻזָּתְךָ Et possessionem tuam, *Psal.* 2. 8.

אחל אַחֲלֵי *Utinam*, 2 *Reg.* 5.3. & in Pathach, אַחְלַי Psalm. 119.5. Sunt qui à חָלָה deducant, quod in Pihil præter alia etiam *Precari* significat, quasi Precantis & optantis vox sit.

אחם אַחְמְתָא *Chald.* Arca, Scrinium *pro recondendis scriptis & Actis regum & principum, ut A. Esra & R. Sal. Iarchi putant, Esræ 6. 2. Quidam nomen proprium urbis esse existimant.* Ecbatana *vulgo sic dicta, quod æstivam stationem reges illic haberent, ab Hebræo* חָמַם In Targum Esther reperi, אַחְמִיתִין דִנְחָשָׁא Scrinia ærea, *Esth.* 1. 4. in Venetis.

אחר אַחֲרֵי *Post, Postea, Postquam:* וְאַחֲרֵי־כֵן Et postea, *Gen.* 15. 14. Cum Affixis. אַחֲרָיו Posteum. אַחֲרֶיךָ Post te אַחֲרַי Post me אַחֲרֵיכֶם Post vos, &c. *Chald.* אַחֲרֵיהוֹן *Post hæc, Post hac*, Dan. 2. vers. 29. אַחֲרֵיהוֹן *Post eos*, *Dan.* 7. 24. אַחֲרֵין *Postremò, Tandem, Dan.* 4. 5.

אַחֵר m. *Alius, Alter*, quasi posterior. *Plural.* אֲחֵרִים Alii, quod est quasi à singulari אָחֵר; & in Nun more Chaldaico, אֲחֵרִין *Job.* 31. 10. *Fœmin.* אַחֶרֶת Alia, Altera, Aliena. *Genes.* 36. 21. Plurale אֲחֵרוֹת *Gen.* 29. 27. Chal. Jud: 11.2 מַלְכוּ אָחֳרִי *Regnum aliud, Dan.* 2. 39. *in quibus Apocopa literæ* ת

אָחוֹר *Retrò, Retrorsum; Posterum, Posterius: Occidens*, plaga mundi Posterior, respectu Orientis, quæ dicitur קֶדֶם Anterior pars: בְּאָחוֹר In posteriore parte, Ponè, *Pro.* 29. 11. מֵאָחוֹר A' posteriore parte, A' tergo, 2 *Sam.* 10. 9. לְאָחוֹר Retrorsum, *Ps.* 114. 3. In posterum,

Ies.

*Jes.*42.23.Plur.Constr. עַל אֲחוֹרֵי Versus posterioritates, sive posteriorem partem, *Exod.*26. 12. Aff. אֲחֹרֵיהֶם Posteriora eorum, *Ezec.*8.16.

אַחֲרוֹן m. *Posterior, Posterius, Posterum, Postremum*: Plur. אַחֲרוֹנִים Posteriora; *Jes.*9. v. 1. Fœm. בָּאַחֲרוֹנָה In postremo, id. est. Postea, *Deut.* 13. 9. לְאַחֲרֹנָה In posterum, Postea, *Eccle.* 1. 11.

אֲחֹרַנִּית *Retrorsum, Gen.*9.23.

אָחֳרָן m. *Chal. Alius, Dan.*2.11.& 7.24.

אַחֲרִית f. *Posteritas, Posterius, Postremum, Extremum, Ultimum, Finis, Consequens*, & metonymicè *Merces*, ut *Prov.* 23. 18. *Chald.* בְּאַחֲרִית יוֹמַיָּא. *In extremo dierum, Dan.*2.28. *Aff.* לְאַחֲרִיתוֹ Posteritati ejus, *Dan.*11 4.

אֵחַר *Moratus est. Tardavit, Distulit*, quasi dicas, Posterioravit. Fut. וָאֵחַר Et moratus sum. *Gen.* 32 4. formæ Chald. cui simile in אֵזַל. *Pihel* Præt. אֵחַר Distulit, *Gen.*34.19. אֶחֱרוּ Differunt, *Jud.*5.28, cum Sægol ab initio loco Tzere propter sequens Chateph sægol. *Hiphil* Fut. וַיּוֹחֵר Et sivit ut tardaret, 2 *Sam.* 20. 5. cum י loco א ex Chaldais.

אחשׁ אֲחַשְׁדַּרְפְּנִים m. Plural. *Satrapæ, Esth.* 9. 3. Const. לַאֲחַשְׁדַּרְפְּנֵי הַמֶּלֶךְ Satrapis regis, *Hesr.* 8. 36. *Chald.* אֲחַשְׁדַּרְפְּנַיָּא *Satrapæ, Dan.* 3. 2.

אֲחַשְׁתְּרָנִים m. p. *Cursores regii, Esth.* 8. 10 juxta quosdam. R. Sol. Jarchi exponit *Camelos velocissimos*, Ab. Esra, *Mulos*, quem plerique sequuntur.

אטד m. *Kynosbaton* (Sentis-canis, Rubus caninus) vel *Rhamnus*; spina summè aculeata, *Ps.*58.10. אֶל הָאָטָד Ad Rhamnum vel Cynosbaton, *Jud.*9.14.

אטט אַט *Sensim, Leniter, Lentè*, 1 *Reg.*21.27. לְאַט לִי Leniter mihi, 2 *Sam.* 18.5. לְאַט Sensim, *Jes.* 8. 6. *Aff* לְאִטִּי Ad lentitudinem meam, Lentè pro commoditate mea, *Gen.*33.14. Usum habet nominis.

אִטִּים m. p. Præstigiatores, Divini, *Jes.*19,3.

אטם *Clausit, Occlusit, Obthuravit.* Partic. אֹטֵם Occludens. *Jes.*31.15. Part. præt. אֲטוּמִים Clausæ, id est, angustæ, quasi clausæ videantur, secundum Chal: paraphrasten, vel clausæ sc. vitro, 1 *Reg.* 6.4. Et sic *Ezech.* 40.16. *Hiph.* Futur. יַאְטֵם Obthuravit, *Ps.*58.5.

אטן אֵטוּן m. *Funis, Funiculus, Filum:* metonymicè *Linteum* ex filis contextum: אֵטוּן מִצְרָיִם Fune Ægypti, id est, linteis Ægyptiacis, quæ erant subtilissima, *Pro.*7.16. In Targum, אַטוּנֵיהוֹן Funes eorum, Hebraicè מֵיתְרֵיהֶם Ex.35.18. בְּאַטוּנָא Fune, Heb. בְּחֶבֶל *Jos.*2.15.

אטר *Clausit, Occlusit:* Futur. אַל תֶּאְטַר עָלַי Ne occludat super me, *Psal.*69.16.

אִטֵּר m. *Præclusus:* אִטֵּר יַד יְמִינוֹ Præclusus manu dexterâ sua, *Jud.* 3.15. id est, impos manu dextera. Fuit enim שְׂמָאלִי Scæva, ut Kimchi scribit.

אי m. *Insula, Regio, Provincia, Jes.*20.6. Plur. אִיִּים *Psal.* 97.1. Item *Aves insulanæ, Ululæ, Jes.*13.22. הָאִיִּין Insulæ, *Ezech.*26.18. Constr. אִיֵּי *Gen.*10.5. vide etiam אִין & אִיֵּה. Item *Væ, Eccles.*4.10. & 10.16.

אי Ubi? vide mox in איה.

איב *Inimicatus est:* Præt. וְאָיַבְתִּי אֶת אֹיְבֶיךָ Et inimicabor inimicos tuos, *Exod.*23.22.

אֹיֵב m. Inimicus: Aff. אֹיְבוֹ Inimicus eius, 1 *Sam.*24.20. אֹיִבְךָ Inimici tui, *Exo.*23.4. *Plur.* אֹיְבִים & *Constr.* אֹיְבֵי Inimici: *Aff.* וְאֹיְבַי Et inimicos meos, *Psal.*18.41.

אֹיֶבֶת f. *Inimica:* *Aff.* אֹיַבְתִּי Inimica mea, *Mich.*7.8.

אֵיבָה f. *Inimicitia, Gen.* 3.15. Const. אֵיבַת עוֹלָם Inimicitia perpetua, *Ezech.* 35.5.

איד m. *Vapor: Interitus, Calamitas, exitium,* quòd quæ evaporant, Intereant & in nihilum quasi abeant. וְאֵיד Et vapor. *Gen.* 2.6. quod juxta Masoram legitur absque, ' *Aff.* וְאֵידְכֶם Et calamitas vestra, *Prov.* 1.27. אֵידָם Calamitas ipsorum, *Ezech.* 35.

איה אַיָּה f. *Pica, Lev.*11.14. *Cornix, Job.*28.7.

אַיֵּה *Ubi?* Aff. אַיֶּכָּה Ubi tu scil. es? *Gen.*3.9. אַיּוֹ Ubi ille? 2 *Reg.*19.13. אַיָּם Ubi sunt illi? *Jes.* 19. 12.
אַי Ubi? *Gen.*4.9. אֵי־זֶה Ubi ista, scil. sit, 1 *Sam.* 9.18. *Quænam?* 1 *Reg.*22.24. *Ubinam, Quænam, Jer.*6.16. *Qualenam, Quodnam, Eccles.*2.3. Et absque Makkaph אֵי זֶה *Quidnam, Eccles.* 11.6. אֵי מִזֶּה תָּבוֹא Ubi ex quo venis? 2 *Sam.* 1.3. hoc est, *Undenam?* אֵי מִזֶּה אַתָּה Undenam es? *v.*13. Jungitur etiam cum פֹּה, vide illic.

אֵיךְ *Quomodo? Genes.* 39. 9. אֵיכָה idem, *Deut.* 1.12. *Ubinam*; *Cant.* 1. 7. & cum Cholem, אֵיכֹה Ubinam, 2 *Reg.* 6. 13. quasi pro אֵיפֹה de quo in פֹּה. Et geminato Caph, אֵיכָכָה Quomodo? *Esth.* 8. 6. duo sunt penacuta, אֵיכָכָה *Cant.*5.3.

איל אֱיָל m. *Fortitudo, Virtus*; כְּגֶבֶר אֵין אֱיָל Sicut vir sine virtute aut viribus, *Psal.*88.5.
אֱיָלוּת f. idem: *Aff.* אֱיָלוּתִי Virtus mea, *Psal.*22.20.
אַיִל m. *Aries, Num.* 28. 27. item *Superliminare, Limen,* 1 *Reg.*6.31. *Ezech.*40.14. Const. מִלְּבַד אֵיל Præter arietem, *Num.*5.8. Et absque Joth אֵל אֻלָם Limen vestibuli, *Ezech.*40.48, Plur. אֵילִים Arietes, *Mic.*6.7. לְאֵילִים Liminibus, *Ezec.*40.10. אֶת־אֵילִים Superliminaria, *Eze.*40.14. Constr. אֵילֵי Arietes, *Gen.*31.39. אֵלֵיהֶמָּה Superliminarib. eorum, cum ה paragogico, pro אֵלֵיהֶם *Ezech.*40.16. אֵילָו Limina ejus, *v.* 24. vide & mox in אֵל.
אֵיל m. *Planicies*, אֵיל פָּארָן Planicies Paran. *Gen.*14.6.
אֵלוֹן m. idem: עַד אֵלוֹן מוֹרֶה Usque ad planiciem More, *Gen.*12.6. Plur. const. בְּאֵלֹנֵי מַמְרֵא In campestribus planis Mamre, *Gen.*14.13. Quidam *Quercetum* explicant, quasi idem cum אֵלָה, de quo in אֵלָה.
אַיָּל m. *Cervus*, quasi Aries ferus vel sylvestris, juxta quosdam, *Deut.*15.22. Plur. אַיָּלִים Cervi, *Cant.*2.9. Fœminine legitur: *Psal.*42.2. cujus diversas causas Hebr. reddunt.
אַיָּלָה f. *Cerva, Gen.*49.21. vel אַיֶּלֶת *Prov.* 5.19. עַל־אַיֶּלֶת הַשַּׁחַר Ad cervam auroræ, *Ps.* 22. 1. quod alii initium

alicujus Cantici, alii instrumentum musicum fuisse existimant: R. Menachem citante R. Sol. explicat מָעוֹז Robur. Et sic Ab. Esra כְּחֶעְלוֹת הַשַּׁחַר Robur ascensus auroræ: Plur. כָּאַיָּלוֹת Quasi cervarum, *Ps.* 18.34. Const. בְּאַיְלוֹת הַשָּׂדֶה Per cervas agri *Cant.* 2. 7.

אֵל m. *Fortis* : בְּיַד אֵל גּוֹיִם In manus fortissimi gentium, *Ezech.* 31. 11. Item substantivè *Potestas, Facultas*, quando post se habet Nomen יָד, unde לְאֵל יָדְךָ In facultate manus tuæ, *Prov.* 3.27. non est sine ל in hoc usu. Item *Deus* à Fortitudine & infinita potestate sic dictus, unde à quibusdam Deus fortis semper transfertur. Quidam tamen volunt esse decurtatum ab אֱלֹהַּ sicut à יְהוָה venit יָהּ. Aff. אֵלִי Deus mi, *Ps.* 22.2. & 68.25. *Jes.* 44. 17. nec cum aliis Aff. reperitur. Plur. אֵל אֵלִים Deus Deorum, *Dan.* 11.36. בְּנֵי אֵלִים Filii fortium, *Psal.* 29.1. defectivè בָּאֵלִם Inter fortissimos, *Ex.* 15. 11. Constr. אֵילֵי הָאָרֶץ Fortes terræ, *Ezech.* 17. 13. cum י in medio, & absque eo, אֵלֵי גִבּוֹרִים Fortes potentum, *Ezech.* 32. 21. id est, duces potentissimi. Vide etiam infra in אלה.

אים Unde אָיֹם m. *Formidabilis, Terribilis, Terrificus*: *Hab.* 1.7. Fœm. אֲיֻמָּה Terrifica, *Cant.* 6.3.

אֵימְתָן *Chald.* m. Terribilis, *Jesa.* 28. 6. *Plural.* אֵימְתָנִין *Habac.* 1. 7. *in Targum* : *Fœmin.* אֶמְתָּנִי Terrifica, *Daniel.* 7. 7. *per Apocopam, pro* אֶמְתָּנִית *& Sægol est loco Tzere.*

אֵימָה f. *Terror, Formido* : Et cum duplicata literâ fœminini generis, אֵימָתָה Formido maxima, *Exod.* 15.16. Construct. אֵימַת מֶלֶךְ Formido regis, *Prov.* 20.2. *Aff.* וְאֵימָתוֹ Et Terror ejus, *Job.* 9.34. *Plur.* אֵימוֹת Terrores, *Ps.* 55.5. & forma masc. אֵמִים *Job* 20.25. item *Idola, Jer.* 50.38. quasi Terricula dicas, quòd Terrorem potiùs quam tranquillitatem animis cultorum suorum afferant, ut Kimchi scribit hoc loco: *Aff.* אֵימֶיךָ Terrores tuos, *Ps.* 88.16. אֵמִים *Emei, Gigantes*, quasi Terrifici & formidabiles

dabiles dicti, *Deut*.2.11.R.Salomon hic scribit,אֵמִים dicuntur על שם שאימתם מוטל על הבריות propterea quòd terror ipsorum projectus est super creaturas, id est, homines alios, Chald. אֵימְתָנִין Terribiles.

אין אֵין *Non, Nihil, Nemo, Nullus*. Præterito & Futuro nunquam jungitur: אֵין usurpatur tantùm, ubi sententiæ membrum aliquod est, ut *Gen*.30.1. *Exod*. 17.7. *Job*.3.9.& alibi: אֵין in continuatione. Cum præfixis servilibus, כְּאַיִן Tanquam nihil, *Jes*.41.11. Id etiam ellipticè usurpatur, *Quasi nihil*, scil. aberat, hoc est, Penè, Ferè, *Ps*.73.2. מֵאַיִן Ex nihilo, Præ nihilo, magis quàm nihilum, *Jes*.41.24. מֵאַיִן אַתֶּם Unde estis vos, *Gen*.29.4. defectivè, מֵאַן, quod legendum מֵאַיִן Undenam? 2 *Reg*.5.25. quæ sunt pro מֵאַיִן, de quo infrà in אָן. Forma אֵין in continuatione sententiæ, ut אֵין רוֹאֶה וְאֵין יוֹדֵעַ וְאֵין מֵקִיץ Non est videns, nec cognoscens, nec evigilans, 1 *Sam*.26. הַאֵין Anne? בְּאֵין In non, Dum non, Absq. לְאֵין Ad non, Ut non: מֵאֵין Anon, Absque, eò quòd non. Hinc אִי quod legendum אֵי, per Apocopam pro אֵין, *Pr*.31.1.*al*.4. juxta Ab.*Esram*, Quidam אִי *Desiderium exponunt*, ab אָוָה *desideravit*. Semel etiam וְאֵין Et non, 1 *Sam*.21.8. unde per Apocopam אִי 1 *Sam*.4.21. *Job* 22.30. Sic dicitur בֵּן & בִּן, ut in בִּנְיָמִן: item רֹאשׁ & רֵישׁ, ut in רוֹשׁ: item נֵר & נִיר, ut in נִיר. *Cum Aff*. אֵינֶנּוּ Non illud, אֵינְךָ Non tu, אֵינֶנִּי Non ego, אֵינָם Non illi, אֵינְכֶם Non vos, אֵינֶנָּה Non ipsa, &c. ubi semper verbum substantivum subaudiendum est.

איף אֵיפָה f. *Epha*, *Deut*.25.14. mensura major, tantum continens in aridis, quantum Batus in liquidis, *Ezech*.45.11. hoc est, tres seas. vide סאה. Et absque י juxta *Masoram*. הָאֵפָה *Epha*, *Lev*.5.11. *Const*. אֵפַת 1 *Sam*.17.7. אֵיפוֹ, אֵיפֹה Vide in פה.

איש m. *Vir*, *Mas*, *Maritus*: distributivè *Quisque*, *Unusquisque*, *Quilibet*: *Aliquis*, *Quidam*, *Quispiam*: Dicitur & de reb. inanimatis, ut אִישׁ אֶל־אָחִיו

Viri ad fratrem suum, id est, unius ad alterum, *Exo.* 25. 20. אִישׁ Quidquam, *Jes.* 40.26. אַשְׁרֵי הָאִישׁ Beatus vir, id est, quilibet, *Psal.* 1.1. Aff. לְאִישָׁהּ Viro suo, *Gen.* 3.6. אִישֵׁךְ Virum tuum, *v.* 16. Plur. אִישִׁים Viri *Prov.* 8. 4. *Jes.* 53.3. *Psal.* 141.4. אִשׁ vide in יֵשׁ.

אִשָּׁה f. *Vira, Fœmina, Mulier, Uxor:* & distributive *Quæque, Unaquæque.* אִשָּׁה אֶל-אֲחֹתָהּ Mulier ad sororem suam, id est, una ad alteram, *Exo.* 26.3. *Plur.* אִשֹּׁת Fœminæ, *Eze.* 23.44. nec sæpius reperitur in plurali. Notant Hebræi, in אִישׁ & אִשָּׁה contineri nomen Dei יָהּ quod sit symbolum gratiosæ Dei præsentiæ, si maritus & uxor juxta Dei præcepta vivant: si ab eis decedant, & Deum recedere ab ipsis, ut utriusque nomen, excluso יה maneat אֵשׁ *Ignis.* Meminit author libri zeror hammor *Fasciculi myrrhæ* in Parascha שְׁמִינִי, *Lev.* 11.

אֵשֶׁת f. Idem. De forma vide Ab. Esram, *Psal.* 58. 9. Aff. וְאִשְׁתּוֹ Et uxor ejus, *Gen.* 3.8. Semel cum Sægol אֶשְׁתְּךָ Uxor tua, *Psal.* 128.3.

אִישׁוֹן m. *Nigrum, Nigredo:* כְּאִישׁוֹן בַּת עָיִן Ut nigrum pupillæ oculi, *Psal.* 17.8. בְּאִישׁוֹן לַיְלָה In nigredine noctis. *Prov.* 7.9. Vulgò putant אִישׁוֹן significare *Pupillam,* & בַּת hoc loco *Filiam.* Pupillam, quia in ea conspicitur צורת איש imaguncula viri. Si sic; quis virunculus conspicitur in Nigredine noctis, quæ etiam vocatur אִישׁוֹן? deinde בַּת hic significat Pupillam, ut est in בָּבָה, non filiam, ut putant. R. Salomon scribit hic אישון esse השחור שבעין nigrum quod est in oculo in quo lux sita est; item esse לשון חשך significare Tenebras, obscuritatem.

אֱשׁוֹן m. idem, *Prov.* 20.20. Targum אתונא mutato ש in ת. הִתְאֹשֵׁשׁ *Virum præbuit se,* Imperat. הִתְאֹשְׁשׁוּ Viros præbete vos, *Jes.* 46.8. Vide etiam infrà in אשש.

אית

אֵיתָן m. *Fortis, Robustus, Validus*; metaphoricè *Asper, Horridus:* & substantivè, *Vis, Robur:* אֶל-נַחַל אֵיתָן Ad Vallem horridam sive asperam aut

aut duram, *Deut.* 21. 4. בְּאֵיתָן In robore, *Gen.*49.24. *Aff.* לְאֵיתָנוֹ Ad vim suam, *Exod.*14.27. Semel absque י אֵתָן Forti, scil. dolore, ut supplent Ab. Esra & R. Levi, *Job.*33.19. Plur. וְאֵיתָנִים Et validos, *Job.*12.19. & absq: י וְהָאֵתָנִים Et Robusta, *Mic.*6.2. Fuit & *Ethanim* mensis septimi, id est, Septembris, nomen: ut, In mense Ethanim, is est mensis septimus, 1 *Reg.*8.2. Ante exitum ex Ægypto, hic mensis anni civilis erat primus, post exitum factus septimus anni ecclesiastici, ratione festorum, *Exod.*12.2. Inde paraphrastes Chald. hoc loco transfert, בְּיַרְחָא דְעַתִּיקַיָא קְרוֹ לֵיהּ יַרְחָא קַדְמָאָה וּכְעַן הוּא יַרְחָא שְׁבִיעָאָה: *In mense quem (prisci) vocarunt mensem primum, nunc est mensis septimus.* Postea anni civilis initium rediit in principium mensis Septembris, quem usque hodie vocant תשרי Tisri.

איתון Vide in אִתָּה.

אִית *Chald. Est, Sunt,* Hebraicè, יֵשׁ, & adiunctis Aff. personæ distinguuntur. In Daniele semper dicitur אִיתַי: ut, אִיתַי גְּבַר *Est vir, Dan.*5.11. אִיתַי גֻּבְרִין *Sunt viri. Dan.*3.12. *Affixa*, לָא אִיתוֹהִי *Non est ipsa, Dan.*2.11. הַאִיתָךְ *Nunquid es tu, v.*20. אִיתֵיכוֹן *Estis vos, Dan.*3.14. אִיתַנָא *Sumus nos, Dan.*3. 18. In Targum dicitur אִית.

אַךְ *Tantùm, Tantummodò, Duntaxat, Verumtamen, Sed, Profectò, Certè, Vtique, Omninò, Sanè.* In media sententia ferè exclusiva est, *Gen.* 18. 32. *Exod.* 10. 16. הֲרַק־אַךְ An tantùm duntaxat, Tantummodò, *Numer.* 12. 2. Pleonasmus, cui similem vide in בַּל.

אָכַל *Edit, Comedit, Consumpsit.* Fut. אֹכַל Comedam, *Gen.* 24. 33. תֹּאכַל Consumet, 2 *Sam.* 11. 25. *Chald. Part. præs. fœm.* אָכְלָה *Comedens erat, Daniel.*7.7. *Imper. fœm.* אֲכֻלִי *Comede, vers.*5. *Futurum* יֵאכֻל *Comedet, Dan.*4.30. וְתֵאכֻל *Et consumet, Dan.*7. 23. *Est & Vociferari,* Clamare, Proclamare, Promulgare, Pervulgare, Divulgare, *Præt.* וַאֲכַלוּ קַרְצֵיהוֹן דִּי יְהוּדָיֵא *Et proclama-*

runt criminationes vel accusationes eorum, nempe Judæorum, *Daniel* 3. 8. *id est, Accusarunt, criminati sunt Judæos* : די אֲכַלוּ קַרְצֵיהוֹן דִּי דָנִיֵּאל *Qui proclamaverant obtrectationes ejus, nempe Danielis*, *Daniel*. 6. 24. *id est, accusaverant Danielem. Ita hoc Verbum cum Nomine* קְרַץ *vel* קַרְצָא *aut* קוּרְצָא, Obtrectatio, Delatio, Crimen, *junctum, est* Obtrectare, Detrectare, Criminari, Calumniari, Deferre, Accusare, *ut & sequentia loca ex Targum declarant : Præter*. לָא אָכַל קוּרְצִין בְּלִישָּׁנֵיהּ *Non proclamans obtrectationes linguâ sua*, *Hebraice*, לֹא רָגַל *Non obtrectat*, *Psalm*. 15. 3. *Partic. Plurale Construct*. גַּבְרֵי אָכְלֵי קוּרְצָא *Viri proclamatores detractionis*, *Hebraicè*, אַנְשֵׁי רָכִיל *Homines detractores*, *Ezech*. 22. 9. *Futur*. לָא תֵיכוּל קוּרְצִין *Non divulgabis aut proclamabis obtrectationes*, *Hebraicè* לֹא תֵלֵךְ רָכִיל *Non ambulabis ut detractor vel calumniator*, *Levit*. 19. 16. *Hinc* Diabolus *Syriacè in Novo Testamento passim vocatur* אָכֶלְקַרְצָא Proclamans obtrectationem, *id est*, Obtrectator, Calumniator, Criminator, *Matth*. 4. 1. מַאכַלְקַרְצָא Delatio criminis, Accusatio, *Joh*. 18. 29. *Et absque vocabulo Obtrectationis, Particip. Plurale*, אָכְלִין מְעִיקָךְ *Vociferantes, Clamantes sunt, hoc est, clamant hostes tui, quod Hebraicè est* שָׁאֲגוּ Rugiunt, *Psal*. 74. 4. *Dicitur &* אֲכְלֵי *ex forma Quiescentium tertiâ radicali ; ut* וַאֲכְלֵי *Et vocavit*, *Hebr*. וַיִּקְרָא *Jesa*. 22. 12. *Particip*. קָל דִּמְכְלֵי *Vox clamans, id est*, קוֹל קוֹרֵא *Jesa*. 40. *vers*. 3. *Imperat*. אַכְלֵי כְעַן *Proclama nunc*, *Judic*. 7. 3. *Unde apparet* אֲכַל *&* אכלי *in hac locutione eodem sensu sumi. Vide R. Sal. Levit*. 19. 16. *Niph*. נֶאֱכַל *Comedi, Absumi, Consumi* : Infin. cum Futuro, הֵאָכֹל יֵאָכֵל Comedendo comedetur, *Levit*. 7. 8. *Pih*. Futur. תְּאָכְלֵהוּ Consumet eum, *Job*. 20. 26. ex תְּאַכֵּל factum, pro תְּאָכֵל, qualem formam *Pobel* vocant. *Pyhal* Præt. אֻכְּלוּ Consumpta sunt

sunt, *Neh.* 2. 3. *Hiphil.* הֶאֱכִיל *Comedere fecit, Comedendum dedit, Cibavit, Consumpsit*: Infinit. לְהָכִיל Ad comedendum, *Ezech.* 21. 28. pro לְהַאֲכִיל.

אֹכֶל *Cibus, Esca, Commeatus, Gen.* 41. 35.

אוֹכִיל masc. idem: וָאַט אֵלָיו אוֹכִיל Et præbebo ipsi cibum *Hos* 11. 4.

אֲכִילָה f. idem. בְּכֹחַ הָאֲכִילָה הַהִיא Virtute cibi istius, 1 *Reg.* 19. 18.

מַאֲכָל m. idem Const. מִכֹּל מַאֲכַל פַּרְעֹה Ex omni cibo Pharaonis, *Gen.* 40. 17. Aff. מַאֲכָלָהּ Escam suam, *Prov.* 6. 8.

מַאֲכֹלֶת f. idem, *Jes.* 9. 5.

מַכֹּלֶת f. *Cibus, Cibarium,* 1 *Reg.* 5. 11. primâ Radicis deficiente.

מַאֲכֶלֶת f. *Culter*, cibarius propriè, & latè *Gladius*, à Consumendo, juxta illud Et gladius meus תֹּאכַל absumet carnem, *Deut.* 32. 42. שמכשרת את אוכל Quia rectificat sive præparat cibum, ut dicitur in Bereschit rabba, *Sect.* 57. Plurale מַאֲכָלוֹת Cultri, *Prov.* 30. 14.

אָכֵן *Certè, Verè, Profectò, Utique, Sanè, Jes.* 53. 4. Quidam ad כון reducunt.

אָכַף *Curvavit, Reflexit se, Prov.* 16. 26. *idem quod* כָּפַף ut scribit R. Levi in hunc locum.

אֶכֶף m. *Manus*, à Reflexione: Aff. אַכְפִּי Manus mea, *Job.* 33. 17. idem quod כַּפִּי.

אִכָּר m. *Agricola, Jer.* 51. 32. *Plur.* אִכָּרִים *Joel.* 11. 1. Aff. אִכָּרֵיהֶם Agricolæ ipsorum, *Jes.* 61. 6.

אַל *Ne, Nequaquam*, dehortandi & deprecandi particula, rarissimè negandi *Non.* Jungitur Futuro, אַל תֹּאכְלוּ Ne comedatis, *Exod.* 12. 9. אַל מָוֶת Non mors, id est, Immortalis, *Prov.* 12. 28. simile vide in קום. לְאַל Ad non, In nihilum, *Job.* 24. 25. Speciale est אַל pro אָן Quo? ut Chaldæus reddit, 1 *Sam.* 20. 10. alii pro עַל מִי Contra quem? & sic respondet David, עַל נֶגֶב Contra meridianum tractum. Simile vide suprà in אור. *Chaldaicum* אַל יְבַהֲלוּךְ *Ne perturbent te, Dan.* 5. 10.

אֵל Com. Plur. *Illi, isti, Illæ, Istæ, Hi, Hæ,* 1 *Par.* 20. 8. Hic Masora notat, Duo esse אֵל prophana, id est, quæ non significent Deum (de quo vide sup. in איל) sed alterum quod indicatur verbis ואמר לה אל, nondum inveni. Ab eo diversum est aliud, מִשֻּׂמוֹ אֵל *Num.* 24. 23. quod Chal. exponit יַת אִלֵּין, & R. Sal. את אלה. Alii, Deus. Cum ה ab initio, אֶת כָּל הָאֲרָצוֹת הָאֵל Omnes terras istas, *Gen.* 26. 3. Hic Masora enumerat octo, quæ sint profana: nam reliqua sunt divina, id est, Deum significant. Sæpius est cum ה paragogico, אֵלֶּה. Semel legitur de Goliatho, 1 *Sam.* 17. 11. *Chal.* שְׁמַיָּא אֵלֶּה *Cœlis istis, Jer.* 10. 11. אֵלֶּה מָאנַיָּא *Hæc vasa, Esr.* 5. 15. *ubi* ה *juxta Masorethas redundat. Vide & suprà in* איל. כָּאֵלֶּה tria sunt, *Jer.* 10. 16. & 51. 19. *Job.* 16. 2. Aliàs כָּאֵלֶּה.

אֶל, אֱלֵי *Ad, Apud, Juxta, Erga, versus.* Variè sumitur interdum pro ב *In*, pro עִם *Cum*, pro עַל *Contra, Super:* אֶל יוֹסֵף Ad Josephum, *Gen.* 41. 57. אֶל הָאָרֹן In arcam, *Exod.* 25. 16. אֶל בְּנֵי מִצְרַיִם Cum filiis Ægypti, *Ezec.* 16. 26. אֶל אֱדוֹם Contra Edom, *Jer.* 49. 20. Pro אֶת articulo, *Ps.* 2. 7. *Jes.* 38. 19. אֱלֵי מָיִם Ad aquas, *Job.* 29. 19. Aff. אֵלַי Ad me, אֵלֶיךָ ad te, אֵלָיו ad eum, אֵלֶיהָ ad eam, אֵלֵינוּ ad nos, אֵלֵימוֹ ad eos, אֲלֵיהֶם ad eos, אֲלֵיהֶן ad eas, אֲלֵיכֶם ad vos, אֲלֵיכֶן ad vos fœm. semper sub forma plurali. Kimchi hæc ad radicem אֵלֶּה refert.

אלג אֶלְגָּבִישׁ m. *Grando immanis,* אַבְנֵי אֶלְגָּבִישׁ Lapides immanis grandinis, id est, אַבְנֵי בָרָד גְּדוֹלוֹת Lapides grandinis maximi, R. Sal. *Ezech.* 13. 11. Ubi vide etiam, R. Davidem.

אַלְגּוּם Plural. אַלְגֻּמִּים m. *Ligna-thyina,* species cedri præstantissimæ, 2 *Par.* 2. 8. & literis transpositis, אַלְמֻגִּים 1 *Reg.* 19. 11. Hebræi communiter *Corallium* putant esse, sed id non videtur competere istis operibus, ad quæ adhibebatur. *Gummiferarum Arborum Ligna. H.*

אלה.

אָלָה *Exsecratus est, Juravit, Pejeravit* : semel ex significatione Chaldaica, *Ejulavit*, unde Imper. אֱלִי Ejula, *Joel.*1.8.*Hiph.* הֶאֱלָה *Adjuravit*.Infin. לְהַאֲלֹתוֹ Execratione adjurando eum, 1 *Reg.*8.31. Fut. וַיֹּאֶל Adjuratione obstrinxit, 1 *Sam.* 14.24. per Apocopam, pro וַיַּאֲלֶה quod formam à יַאֵל habet.

אָלָה f. *Exsecratio, Adjuratio, Jusjurandum* : *Aff.* וּבְאָלָתוֹ Et cum adjuratione ejus, *Deut.* 29. 12. *Plur.* אָלוֹת Execrationes, *Deut.*29.21.

תַּאֲלָה f. idem; Aff. תַּאֲלָתְךָ Execrationem tuam, *Thren.* 3. 65.

אַלְיָה f. *Cauda*, sed ovis aut arietis tantùm, juxta Eliam, cum זָנָב sit generale, *Levit.*7.3.

אַלָּה *Quercus*: תַּחַת הָאַלָּה Subter quercum, *Jos.*24.26.

אֵלָה f. idem. *Gen.* 35. 4. Plural. *Querceta, Luci quercei* : מֵאֵילִים Propter quercus sive lucos querceos, *Jes.* 1. 29. plenè cum י quasi ab איל deductum: בָּאֵלִים Inter lucos. *Jes.*57.5. אֵלֵי צֶדֶק Quercus justitiæ, *Jes.*61.3. Aff. אֵלֵיהֶם Quercus ipsorum, *Ezech.*31.14. *Quercus eximia*

אַלּוֹן m. idem, *Jes.*6.13. Plur. כְּאַלּוֹנִים ut quercus, *Amos* 2. 9. Const. אַלּוֹנֵי *Jes.*2.13. *Esculetum. H. A*

H et Querceta (manuscript marginal note)

אֱלוֹהַּ m. *Deus*, *Deut.*32.17. *Hab.*3.3. *Job.*3.4.23. & sæpius in eo. Semel legitur plenè אֱלוֹהַּ *Ps.*50.22. Aff. לֵאלֹהוֹ Dei sui, *Hab.* 1. 11. Plur. אֱלֹהִים Dii, Deus: Const. אֱלֹהֵי; cum Aff. אֱלֹהָיו Deus ejus, אֱלֹהֶיךָ Deus tuus, אֱלֹהַי Deus meus, אֱלֹהֵינוּ Deus noster, &c. Habet modò pluralem, modò singularem sensum. Pluralem, cùm dicitur de diis falsis : ut, Qui sac. לָאֱלֹהִים Diis, anathema sit, *Ex.*22.20. & alibi passim: Angelis bonis, qui sic dicũtur ab excellentia divina: aliter autem vocantur à Functione & ministerio, ut est in לאך. *Ps.*8.6. & 97.7. (qui locus adducitur ad *Heb.*1.2.) *Job.*16. Judicibus, magistratibus, *Exo.*21.6. & 22.8.9.28. *Ps.*82.1. Singularem sensum habet de unico & vero Deo usurpatum : de unico angelo

angelo, *Jud.* 13. 22. de uno vitulo, *Exod.*32.31. de uno idolo,ut Dagone, *Jud.* 16.17. Haſtoreth,Chamos, Milchom, 1 *Reg.*11.33.de uno Moſe, *Ex.*4.16.& 7.1. de arca 1 *Sam.*4.7. Dicitur & de ſola perſona Patris, *Pſ.*45.8.Filii, *Hoſ.*1.7. Cum de unico & vero Deo dicitur, & vocem pluralem adjunctam habet, tunc habetur ratio terminationis,non ſenſus:vide *Gen.*20.13. & 35.7. *Joſ.* 24. 19. 1 *Sam.*4.8.2*Sam.*7.23.cum quo confer 1*Par.*17.21.*Jer.*10. 10.Porrò judicibus ac magiſtratibus tribuitur,quòd Dei judicantis & gubernantis vices gerant:Angelis, quòd in ipſis divina ac cœleſtis gloria refulgeat:Idolis quòd pro diis habeantur à ſuis cultoribus.Videatur Kimchi *Pſ.*82. 6.Cabaliſticè אלהים dicitur quod אֵל הֵם Deus ſint, & inde י per modum myſterii expreſſum eſt in זְכוֹר בּוֹרְאֶיךָ Recordare creatorum tuorum,id eſt,creatoris tui אלהים quia אל הם: R.Bechai in principio *Gen.* Hebræi nomen אלהים volunt eſſe judicii:יהוה nomen gratiæ,unde,Nam judicium Dei eſt, *Deut.*1.17.Deus judex, hunc deprimit, illum extollit,*Pſ.*75.8.Deus eſt judex juſti, *Pſ.*7.12. Nam Deus judex eſt, *Pſal.*50.6. Utique es Deus judex in terra, *Pſ.*58.15.Cùm ſurgit ad judicium Deus,*Pſ.*76.10.Surge ô Deus,judica terram, *Pſal.*82.8. Quando autem judicium exit ad gratiam & clementiam tunc attribuitur ei nomen יהוה.Unde in libro שערי אורה lit. יד fol.1.2.legitur: אם המשפט יוצא לרחמים נקרא יהוהואם המשפט יוצא לדין נקרא אלהים: Quando ſententia egreditur ad clementiam,tunc vocatur יהוה (id eſt, tribuitur ei nomen יהוה)quando autem egreditur ad judicium,(id eſt,rigorem juſtitiæ) tunc tribuitur Deo nomen אלהים. Quòd יהוה ſit nomen gratiæ & clementiæ, eſt ex *Exo.*34.6. יהוה eſt Deus gratioſus וחנון & clemens. Vide ampliùs in eodem libro in lit. ט׳,f.1.2.& in l. כ f.1.ubi ſcribitur: אלהים הוא השם הממונה על הדין·Quod autem in principio dicitur creaſſe אלהים Deus judex mundum, id factum eſt ex

princi-

principali Dei intentione;ſcivit enim hominis infirmitatem & inſtabilitatem, quæ judice opus habebat. Motus verò gratiâ & clementiâ ſua præpollenti,mox conjunxit nomen gratiæ cum nomine judicii, inquiens: ביום עשות יהוה אלהים *Gen.* 2.4. בי לא המטיר ווי אלהים על הארץ: *ver.* 5.

אֱלָהּ Chal. *Deus*, *Dan.* 2.28. & אֱלָהָא *Eſ.* 4.24. Aff. אֱלָהִי *Dei mei*, *Dan.* 4.5. אֱלָהֵהּ *Dei ipſius*, *Dan.* 6.5. אֱלָהָךְ *Deus tuus*, *v.* 20. אֱלָהֲהוֹן *Deus ipſorum*, *Dan.* 3.28. אֱלָהֲהֹם *Dei eorum*, *Eſr.* 5.5. Plur. אֱלָהִין *Dii*, *Dan.* 2.47. & אֱלָהַיָּא *Jer.* 10.11. *Conſtructum* וְלֵאלָהֵי כַסְפָּא *Et Deos argenteos*, *Dan.* 5.23.

אִלּוּ Si, *Eſth.* 7.4. *Eccleſ.* 6.6. vox Chaldaica & Rabbinica, unde כְּאִלּוּ Ac ſi, Quaſi.

אֲלוּ Chald. *Ecce*, *Dan.* 2.31. וַאֲלוּ *Et ecce*, *Dan.* 7.8. *idem quod* אֲרוּ *de quo infrà ſuo loco, per commutationem* ל & ר.

אלח *Niph.* נֶאֱלַח *Fœtidus, Putidus, Rancidus factus fuit*; Præterit. נֶאֱלָחוּ Putidi facti ſunt, *Pſ.* 14.3. Part. נֶאֱלָח Fœtidus factus eſt.

אֵלֶּךְ Chald. *m. Illi, Iſti, Pronomen Plur. maſc.* גֻּבְרַיָּא אִלֵּךְ *Viri iſti*, *Dan.* 3.12.

אלל אֱלִיל m. *Nihilum. Res nihili* רֹפְאֵי אֱלִל Medici nihili, *Job.* 13.4. Ubi R. Levi notat eſſe deductum ab אַל *Non*, geminatâ literâ Lamed, ad extremam nullitatem indicandam: וֶאֱלִיל Et re nihili. *Jer.* 14.14. ſcribitur cum י, & legitur per י. *Plur.* אֱלִילִים Idola, *Levit.* 26.1. ſic dicta, quòd ſint omnino Nihil, juxta illud Apoſtoli, *Idolum enim nihil eſt.* Quidam ſic dicta putant quaſi אל אלים Non dii, *Conſt.* אֱלִילֵי *Jeſ.* 2.20. Cum Aff. וְלֶאֱלִילֶיהָ Et idolis ejus, *Jeſ.* 10.11.

אֱלוּל m. *Elul*, nomen menſis Auguſti, *Neh.* 6.15.

אַלְלַי Vide infrà in ילל.

אלם *Niph.* נֶאֱלַם *Mutus redditus fuit, Obmutuit*: Præter. נֶאֱלַמְתִּי Obmutui, *Pſal.* 39.10. Fut. תאלם

תֵּאָלֵם Obmutescas, *Ezech.*24.27. *Pih.* אִלֵּם *Ligare, Colligare*, propriè manipulos vel fasces segetum, significatione à nomine derivato petitâ: Part. מְאַלְּמִים אֲלֻמִּים Colligantes segetum fasces, q. d. Manipulantes manipulos, *Gen.* 37.7.

אֵלֶם m. *Manipulus, id est,* קָהָל *Congregatio, Caterva,* ut Aben Esra citat, *Ps.*58.2. item, עַל־יוֹנַת אֵלֶם De oppressione manipuli, quâ scilicet justum opprimit manipulus malignus, *Ps.*46.1. alii, De columba obmutescentiæ.

אִלֵּם m. *Mutus*, *Exod.*4.11. Plur. אִלְּמִים *Jes.* 56. 10.

אֲלֻמָּה f. *Manipulus, Fasciculus, Fascis*, Aff. אֲלֻמָּתִי Fascis meus, *Genes.* 37. 7. Plural. cum Aff. אֲלֻמּוֹתָיו Manipulos suos, *Psal.*126.6. & forma masc. אֲלֻמִּים *Genes.* 37. 7.

אוּלָם m. *Porticus, Vestibulum*, 1 *Reg.* 7. 6. & cum Kibbutz, אֻלָם, *v.* 7. Et cum dagesch, אֻלָּם *Ezec.*40.39. Plural. Constr. וְאֻלַמֵּי Et vestibula, *Ezech.* 41.15. Vide & suprà in אול.

אֵילָם m. idem, Plur. אֵילַמִּים cum *Aff.* וְאֵילַמָּיו Et vestibula ejus, *Ezech.*41.21. Fœm. אֲלַמּוֹת, *Ezech.*40.30.

אַלְמָן m. *Viduus, Viduatus*, *Jer.*51.5.

אַלְמָנָה f. *Vidua*, *Gen.*38.11. Plur. אַלְמָנוֹת *Exod.* 22.24. *Aff.* אַלְמְנוֹתָיו Viduas ejus, *Jes.* 9. 17. בְּאַלְמְנוֹתָיו vide in אַרְמוֹן.

אַלְמוֹן m. *Viduitas*, *Jes.*47.9.

אַלְמְנוּת f. idem, 2 *Sam.* 20.3. *Aff.* אַלְמְנוּתָהּ Viduitatis suæ, *Gen.*38.19. Plur. אַלְמְנוּתַיִךְ Viduitatis tuæ, *Jes.*54.4. Kimchi scribit, posse in forma absoluta dici אַלְמָנוּת, unde constructè אַלְמְנוּת & sic cum affixis. Sic Rabbini dicunt רַחֲמָנוּת Misericordia. בְּאַלְמְנוֹתָיו *Vide* אַרְמוֹן

אַלְמֹנִי *Almoni*, nomen fictitium, quo vocatur is, cujus proprium nomen reticemus, *Ruth.*4.1. Dicitur & de loco innominato, 1 *Sam.*21.2. 2 *Reg.*6.8.

אַלְמוּג Vide suprà אַלְגּוּם.

אלן, אִילָנָה, אִילָנָא, אִילָן m. *Chald.* Arbor, *Dan.* 4. *Putant quidam ad* איל *referendum esse, ut Jod sit radicale & ן formativum.*

אִלֵּין *Chald.* Illi, Isti, Illæ, Istæ, כָּל אִלֵּין מַלְכְוָתָא *Omnia ista regna, Dan.* 24. 4.

אַלּוֹן Vide in אלה: & אֵלוֹן in איל.

אלף *Didicit:* Fut. תֶּאֱלַף Discas, *Prov.* 22. 25. *Pih.* אִלֵּף *Discere fecit, Docuit:* Part. מַלְּפֵנוּ Docens nos, *Job.* 35. 11. pro מְאַלְּפֵנוּ. *Hiph.* vide inter nomina.

אַלּוּף m. *Doctor, Dux, Ductor,* qui suos de omnibus rebus Docet & instruit: item *Bos,* sui generis Ductor, *Jerem.* 11. 19. Aff. אַלּוּפִי Dux meus, *Ps.* 55. 14. Plur. אַלּוּפִים Duces, *Jer.* 13. 21. Construct. אַלּוּפֵי *Gen.* 36. 15. Aff. אַלּוּפֵיהֶם Duces eorum, *Gen.* 36, 19. אַלּוּפֵינוּ Boves nostri, *Psal* 144. 14.

אֶלֶף c. *Mille, Chilias:* Affix. אַלְפִּי Chilias mea, nempe sub qua ego sum, ut explicant R. Sol & Kimchi, *Jud.* 6. 15. *Duale,* אַלְפַּיִם Duo millia, *Num.* 35. 5. Plur. אֲלָפִים Millia, Milleni; Boves, Chiliades: לַאֲלָפִים In millenos, *Deut.* 5. 10. וַאֲלָפִים Et boves, *Ps.* 8. 8. Const. אַלְפֵי אִישׁ Millia virorum, *Exod.* 32. 28. בְּאַלְפֵי יְהוּדָה Inter Chiliadas, vel Chiliarchias Jehudæ, *Mich.* 5. 2. vide *Mat.* 2. 6. Aff. בַּאֲלָפָיו In millia sua, 1 *Sam.* 18. 7. הֶאֱלִיף *Hiph.* unde מַאֲלִיפוֹת *Millenaparientes,* q. Millesicantes dicas, *Psal.* 144. 13. *Chald.* אֶלֶף אַלְפִים *Millies mille, Daniel.* 7. 10. *item* אֲלַף & אַלְפָּא *Daniel.* 5. 1. *Plural.* אַלְפִים, *ut antè; ubi Masorethæ notant, legendum esse* אַלְפִין.

תַּלְפִּיּוֹת quod hic afferunt, vide in תלה.

אלץ *Pih. Molestavit, Moleste-ursit:* Fut. וַתְּאַלְצֵהוּ Et molestè ursit eum, *Jud.* 16. 16. *legitur semel.*

אִם *Si, Siquidem, Siquando;* Et interrogativè; *Utrum, An? Jud.* 9. 2. הַאִם *An verò, Job.* 6. 13. עַד־אִם *Usquedum, Genes.* 24. 33. עַד אֲשֶׁר אִם *Usquequo*

quequo quum, id eſt, Uſque dum, per pleonaſmum, *Geneſ.*28.15. כִּי אִם *Sed*, *Pſal.*1,2. Quia certè, utique enim, *Prov.* 23. 18. *Quàm quum*, *Uſque quum*, *Geneſ.* 32. 26. *Quòd ſi*, Etiamſi, 1 *Sam.* 14. 40 אם לא *Si non*, *Niſi*, *An non*. Denique in juramentis abſolutè poſitum, negat, *Pſal.*89.36. 1 *Reg.*17.1. additâ particulâ negandi, affirmat, *Jeſa.*5.9.

אֵם Vide mox infrà in אמם.

אָמָה f. *Ancilla*, *Exod.* 21. 22. Affix. אֲמָתוֹ Ancillam ſuam, *v.*20. Plur. אֲמָהֹת, *Gen.*31.33. Conſtruct. אַמְהוֹת 2 *Sam.*6.20. Aff. וְאַמְהֹתֵיהֶם Et ancillas eorum, *Eſr.* 2. 65.

אַמָּה Vide in אמם.

אמל אֻמְלָלָה f. *Languidum*, *Debile*, *Infirmum*, *Ezech.* 16. 30. *Pyh.* אֻמְלַל *Languere*, *Langueſcere*, *Languefieri*. Præter. וְאֻמְלַל Et languebit, *Hoſ.*4.3. אֻמְלָלוּ Langueſcunt, *Thren.*2.8. אֻמְלְלָה גָפֶן Langueſcit vitis, *Jeſ.*24.7. Partic. præſens juxta quosdam, אֻמְלַל Elanguet, Langueſcit, *Jeſ.* 16. 8. Et in Pathach, אֻמְלַל Languefactus, *Pſal.*6.5.

אֲמֵלָלִים Languidi, *Nehem.* 4. 2.

אמם אֵם f. *Mater*, *Gen.*3.20. Metaphoricè *Bivium*, *Ezech.*21.21. *Metropolis*, 2 *Sam.*20.19. *Jer.*15.8. Aff. אִמּוֹ Mater ſua, *Gen.* 2. 24. *Plural. cum Aff.* אִמֹּתָם matres eorum, *Thren.*2.12.

לְאֹם אוּם m. (ſicut dicitur לְבַר & בַּר, לְאַט & אַט) *Natio*, *Populus*, ex una quaſi Matre propagatus. לְאֹם מִלְאֹם Natio præ natione, *Gen.* 25. 23. ſemel cum Schurek, וּלְאוּמִּי Et natio mea, *Jeſ.*51.4. Plur. הָאֻמִּים Nationes, *Pſal.* 117.1. לְאֻמִּים *Gen.*27.29. Fœmin. אֻמוֹת Nationes, *Numer.*25.15. Aff. לְאֻמֹּתָם Per nationes ſuas, *Gen.*25.16. *Chald.* אֻמָּה *Natio*, *Dan.*3.29. Plural. אֻמַיָּא *Nationes*, ver. 4. *Eſr.* 4. 19.

אַמָּה f. *Cubitus*, menſura cubitalis, quæ communiter con-

continebat quinque palmos, in sacris autem sex, ut Hebræi docent, *Ez*.40.5.& 43.13. Conſt. אַמַּת, *Ier*.51.13. Duale אַמָּתַיִם Duo cubiti, *Exo*.25.10.Plur. אַמּוֹת Cubiti, *Ezech*.42.4. *Poſtes*, *Ieſ*.6.4. *Chald.* אַמִּין *Cubiti*, *Dan*.3.1. *Eſr*. 6.3.

אמן *Nutrivit:* Partic. אֹמֵן Nutriens, *Eſth*.2.7. Nutricius, *Num*. 11. 12. Plur. וְאֶל־הָאֹמְנִים Et ad eos qui nutriverant, 2 *Reg*.10.1. Aff. אֹמְנַיִךְ Nutritii tui, *Jeſa*. 49.23. Fœm. אֹמֶנֶת Nutrix, *Ruth*.4.16. Aff. אֹמַנְתּוֹ Nutrix ejus, 2 *Sam*.4.4. Partic. Pahul Plur. הָאֱמֻנִים Qui nutriti erant, *Thren*.4.5. Infin. בְּאָמְנָה Cùm nutriretur ipſa, *Eſth*.2.20. *Nipb.* eſt poſt *Hiph. Hiph. Credidit, Fiſus eſt:* Præt. הֶאֱמִין Credebat, *Gen*.45.26. Fut. תַּאֲמִינוּ Vide in יָמַן. *Chal.* הֵימִין, commutato א in י juxta Chaldaiſmum. Præt. הֵימִין *Credidit*, *Dan*.6.23.

מְהֵימַן *Fidus, Fidelis*, *Dan*. 2. 45. *Niph.* נֶאֱמַן *Firmum, Fidum, Fidele, Stabile, Statum, Conſtans eſſe; Verum eſſe vel Verificari, Confirmari, Nutriri*: Præter וְנֶאְמַן Et firma erit, 2 *Sam*. 7. 16. Futur. ex prima ſignificatione, תֵּאָמַנָה Nutricantur, *Jeſ*.60.4. cum Pathach ſub Mem juxta Maſorethas, & Dageſch ex nun abſorptum eſt. Participium præſens נֶאֱמָן uſurpatur loco Nominis, *Fidus, Fidelis, Verus*.

אֵמֻן m. *Fides, Veritas*, *Deut*. 32. 20. Plur. אֱמֻנִים *Fidelitates, Veracitates*, *Prov*. 14. 5. & adjectivè, *Fideles*, *Pſal*. 31. 24. *Veraces*, *Pſal*. 12. 2. Conſt. אֱמוּנֵי יִשְׂרָאֵל Fideles Iſraelis, 2 *Sam*. 20. 19.

אֹמֶן m. *Veritas*, *Jeſ*.25.1. Fœm. אֹמְנוֹת Antæ. 2 *Reg*.18.16.

אָמוֹן m. *Nutritius*, *Prov*.8.30. הָאָמוֹן Vide in הָמָה.

אָמֵן *Veritas*, *Jeſ*.65.16. inde tranſit in Fidentis & aſſentientis particulam, *Amen*, *Deut*.27. 15. quaſi dicas, Firmum, Ratū eſto Verè fiat. In Novo Teſt. ubi in principio ſententiæ adhibetur, tranſit in naturam Adverbii, & notat aſſeverationem, reique confirmationem: ut

Amen, amen dico vobis: id eſt, verè, certè, Profectò, Conſtanter. Hinc quod Matthæus dicit, ἀμὴν, id Lucas, *cap*.9.27. dicit ἀληθῶς. Item pro ἀμὴν *Mat*. 23.36. Lucas *cap*.1.51. dicit, ναὶ, certè, Profectò. Geminatum ſuperlativè ſignificat, ex idiotiſmo Hebræorum. *Amen dico vobis*, id eſt. certiſſimè, Veriſſimè. Hieronymus *Jeſa*.25.1.ſcribit: Dominus in Euangelio ſæpè hoc verbo utitur, Amen, Amen, id eſt, verè, verè dico vobis.

אָמָּן m. *Artifex*, quaſi artis Nutritius dictus, vel quaſi Firmus in arte, id eſt, Excellens, *Cant*.7.1.

אֱמוּנָה f. *Veritas*, *Fides*, *Firmitas*: item, *Conſtans*, *Statum munus*, *& officium*, uti 1 *Par*.9.22.26. Conſt. אֱמוּנַת עִתֶּךָ Firmitas temporis tui, *Jeſ*.33.6. Aff. אֱמוּנָתוֹ Veritas, Fides ejus, *Pſ*.100.5. Plur. אֱמוּנוֹת *Prov*. 28. 20.

אֲמָנָה f. *Firmitas*, *Conſtitutio firma*, *Neh*. 9. 38. *Conſtitutio*, *Penſio firma & ſtata*, *Neh*. 11. 23.

אָמְנָה *Veritas*, ſed adverbialiter uſurpatur pro Verè, Revera, *Gen*.20.12. *Joſ*.7.20.

אָמְנָם *Verè*, *Revera*, *Sanè*, *Job*.9.2. כִּי אָמְנָם Quia verè ſic eſt, *Ruth*.3.12. הַאָמְנָם An verè, An verò: וְאַף־אָמְנָם Et etiam ſanè, Enim-vero eſto, Sed eſto ſanè. *Job*.19.4.

אֱמֶת *Veritas*, *Fides*, contractum quaſi ex אֱמֶנֶת, ſicut בַּת eſt ex בֶּנֶת de quo in בָּנָה: aut ex אֱמוּנָה; ut ſcribit Ab. Eſra, *Gen*.24.49. Aff. אֲמִתּוֹ Veritas vel fides ejus, *Pſ*.91.4. & Dageſch eſt loco ejecti Nun.

אָמֵץ *Robuſtus*, *Fortis fuit*: Præter. אָמְצוּ Robuſti ſunt, *Pſalm*. 18. 18. *Pih*. אִמֵּץ Roboravit, Fortificavit, Obfirmavit: Præterit. וַיְאַמֵּץ Et obfirmavit, *Deuter*. 2. 30. *Hiph*. Futurum. וְיַאֲמֵץ Et roborabit, *Pſal*. 27. 14. *Hithp*. הִתְאַמֵּץ Roboravit, Fortificavit ſe, 2 *Par*.10.18.

אַמִּיץ אָמֹץ m. *Fortis*, *Robuſtus*, 2 *Sam*.15.12.

אֹמֶץ m. *Robur*. *Fortitudo*, *Job*. 17. 9.

אַמְצָה f. idem, *Zach*.12.5.

אמצים

אַמֻּצִּים m. p. *Robusti, Validi*, *Zach.* 6. 3. Hebræi coloris aliquam speciem significare putant, & inde Chaldæus קְטְמָנִין *Cinerei.*

מַאֲמַצִּים m. p. *Fortificationes, Robora*; Constr. מַאֲמַצֵּי כֹחַ Fortificationes virium, *Job.* 36. 19.

אָמַר *Dixit, Locutus, Elocutus, Proloquutus est*: item, *Cogitavit, Statuit apud se*, quando ad cor refertur. Fut. Dicam, אֹמַר *Jes.* 43. 6. יֹמְרוּךָ dicent tibi, *Psal.* 139. 20. perdito Aleph radicali. *Chal. Præt.* אֲמַר *Dixit, Dan.* 2. 24. אַמְרֵת *Dixi, Dan.* 4. 5. *cum Pathach loco Chirek:* אֲמַרְנָא *Diximus, Esr.* 5. 4. אֲמַרַת *Dixit illa, pro* אָמְרַת *propter* ר *Dan.* 5. 10. אֲמַרוּ *Dixerunt, Dan.* 4. 23. *Part.* אָמַר *Dicens, Dan.* 4. 4. *cum Pathach loco Tzere. Plur.* אָמְרִין *Dicentes, Esr.* 5. 3. *Infin.* לְמֵאמַר *Dicendo, Dan.* 2. 9. *& absque, Aleph,* לְמֵמַר *Esr.* 5. 11. *Imper.* אֱמַר *Dic, Dan.* 4. 2. אֱמַרוּ *Dicite, Dan.* 2. 9. *Futur.* יֵאמַר *Dicet, Dan.* 2. 7. תֵּאמְרוּן *Dicetis, Jer.* 10. 11. נֵאמַר *Dicemus, Dan.* 2. 36. *Niph.* Præt. נֶאֱמַר Dicta fuit, *Dan.* 8. 26. *Hiph.* Præt. הֶאֱמִירְךָ Fecit dicere te, Effecit ut promiseris & spoponderis, Sponsionem stipulatus est à te, *Deut.* 26. 18. & sic, הֶאֱמַרְתָּ Fecisti dicere seu spondere ipsum, Sponsionem stipulatus es ab illo, *v.* 17. Vulgò *Exaltare* exponunt. Sed priorem probat Ab. Esra ex R. Juda Levita Hispano, & R. D. Kimchi in lib. Radicum. *Hithp. Fut.* יִתְאַמְּרוּ Verbis prædicabunt, vel exaltabunt se, *Psal.* 94. 4. & א in י commutato, תִּתְיַמָּרוּ Summè prædicabitis, efferetis vos, *Jes.* 61. 6

אֹמֶר m. *Sermo, Dictum, Ps.* 68. 12. R. Ab. Esra scribit ad *Ps.* 19. 4 אֹמֶר אומר הם הרבורים שיש להם טעם שלם hoc est, אֹמֶר significat Verba, quæ continent sensum perfectum, &c. Vide eum. Aff. אִמְרִי Sermones mei, *Job.* 9. 27. Et ex alia forma, אִמְרוֹ Sermonis ejus, *Job.* 20. 29. Plur. אֲמָרִים Sermones, Verba, dicta, *Pr.* 22. 21. *Const.* אִמְרֵי, ibid. *Aff.* אֲמָרַי Dicta mea, *Ps.* 5. 2. אִמְרֵיכֶם Sermones vestros, *Jes.* 41. 26.

אָמִיר m. *Ramus summus, Jes.* 17. 6. Apud Rabbinos אִמְרֵי תְאֵנִים Rami ficuum.

אִמְרָה f. *Sermo*, Conſt. אִמְרַת *Pſ.*105.19. Aff. אִמְרָתוֹ Verbum ejus, *Pſ.*147.15. & ſemel אֶמְרָתוֹ *Thren.*2.17. Plur. אֲמָרוֹת, & Conſt. אִמְרוֹת, Dicta, Eloquia, *Pſal.*12.7.

מַאֲמָר m. *Sermo, Oratio; Edictum, Eſth.*1.15. Chald. וּבְמֵאמַר *Et (ex) ſermone*, *Dan.* 4. 14. כְּמֵאמַר *Secundum edictum, Eſra.*6.9.

אִמַּר, אִמְּרָא m. *Chal.* Agnus, *in Targum frequens*: Plur. אִמְּרִין *Agni, Eſr.*6.9.17.

אֶמֶשׁ *Heſternâ, Præteritâ nocte vel veſperâ, Heri veſperi, Gen.*19.34.

* אֻמְּתָנִי *Nomen* Chald. *vide ſuprà* in אֻים.

אָן *Quo?* 1 *Sam*, 10. 14. Loci & temporis eſt: עַד־אָן *Quouſque?* de tempore, *Job.*8.2. מֵאָן De quo id eſt, undenam? 2 *Reg.*5.25. quod legitur מֵאַיִן ut *Gen.*29.4. & alibi.

אָנָה *Quô, Pſ.*139.7.& *Deut.*1.28. quibus duobus locis eſt milra; aliàs ſemper milhel ſeu penacutum, ut Maſorethæ notant: & Nun eſt cum Dageſch: אָנָה תֵלֵךְ Quò abis? *Judic.*19.17. אָנָה וָאָנָה Huc aut illuc, 1 *Reg.*2.36. עַד־אָנָה Uſquequo? *Pſal.*13.2. Item אָנָּה *Quæſo, obſecrò, Pſal.*116.4. & ſic ſexies per ה ſcribitur, aliàs אָנָּא *Geneſ.*50.17.

אִנּוּן *Chald.* Illi, iſti, Dan. 2. 44. fœmin. אִנִּין Iſti, eæ, ea, Dan. 7. 17. Nun in fine ad terminationem pluralem pertinet.

* אִנְבָּא * *Nomen Chaldaicum, vide in* אבב.

אָנָה *Mœſtus fuit, Luxit*: Præt. וְאָנוּ Et mœrebunt, Jeſ. 3. 26. *Pih.* אִנָּה *Obvenire, occurrere fecit*, Cauſam vel occaſionem præbuit veniendi, id eſt, Objecit, Impulit, Tradidit, Exod.21. 13. *Pyh.* Fut. יְאֻנֶּה Objicietur, Tradetur, *Prov.*12.21. תְאֻנֶּה Dabitur cauſa ut obveniat, *Pſ.*91.10. *Hithp.* Particip. מִתְאַנֶּה Occaſionem quærit, vel fabricatur ſecum, 2 *Reg.* 5. 7.

אֳנִי c. *Navis, Claſſis*, 1 *Reg.*10,11. ubi maſc.& v.22.fœm.

est. *Fœm.* אֳנִיָּה idem, *Prov.*30.19.Plur. אֳנִיּוֹת Naves, *Jesa.*2.16.Aff מֵאֳנִיּוֹתֵיהֶם E classibus suis, *Ezech.*37.29.

אֲנִיָּה f. *Mœstitia, Mœror, Jes.* 29. 2.

תַּאֲנִיָּה f. idem, Thren. 2. 5.

תֹּאֲנָה f. *Occasio, Jud.* 14. 4.

תַּאֲנָה, f. idem, Aff. תַּאֲנָתָהּ Occasionem ejus, *Jer.*2.24.

אֲנָא,אֲנָה Chald. *Vide in* אֲנִי.

אנח *Niph.* נֶאֱנַח *Suspiravit, Gemuit, Ingemuit*, Præt. נֶאֶנְחוּ Suspirabunt, *Jesa.* 24. 7. Imp. הֵאָנַח Suspira, *Ezech.* 21. 6.

אֲנָחָה f. *Suspirium, Gemitus, Jes.* 35.10. Aff. אַנְחָתִי Gemitus mei, *Psal.*102.6. Plur.cum Aff. אַנְחֹתַי Gemitus mei, *Thren.* 1. 22.

אֲנַחְנוּ Vide in sequenti voce.

אני Et alia forma אָנֹכִי c. *Ego*: Plural. אֲנַחְנוּ & cum Aphæresi נַחְנוּ *Nos*, quæ forma ter tantùm reperitur, *Gen.*42.11.*Thren.*3.42. *Num.*32.32. In Genesi quidam volunt deficere א, ad indicandum, quod unus fratrum deficeret, qui apud patrem manserat. Semel scribitur אֲנוּ quod juxta vocales legendum אֲנַחְנוּ *Jer.*42.6. juxta literas esset אֲנוּ, quæ forma Rabbinis usitata. *Chal.* אֲנָא *Ego*, *Dan.*2.8.*vel* אֲנָה *v.*23.*Plur.* אֲנַחְנָא, *Nos, Dan.*3.16.

אַתָּה m. *Tu*, ubi נ in Dagesch conversum, quod in lingua Chaldæa redit: Aben Esra *Num.*32.32. vult א esse adjectitium. Quinquies scribitur אַתְּ, vide *Eccles.*7.23. Masoram. Plur. אַתֶּם *Vos, Exod.* 5. 11. *Chald.* אַנְתָּה c. *Tu*. *Dan.*2.29. *Plur.* אַנְתּוּן *Vos, ver.*8.

אַתְּ fœm. & sexies אַתִּי Tu. Teb per Enallagen ponitur pro Masculino, *Num.* 11. 15. *Deut.*5.27. *Ezech.* 22. 14. Plur. אַתֵּן, אַתֵּנָה quod quater legitur: vide *Gen.* 31. 6. Masoram magnam.

אֲנָךְ m. *Libella, Perpendiculum*, עַל חוֹמַת אֲנָךְ Super murum perpendiculi, *Amos* 7. 7.

אָנֹכִי Vide paulò antè in אֲנִי.

אָנַן *Plangere, Lugere, Mœſtum, Triſtem eſſe*, apud Rabbinos: אוֹנֵן Plangens, Mœſtus: אֲנִינָה Lamentum, Planctus, Mœror, אֲנִינוּת idem: in Targum אֲנִינוּתָא idem, *Job* 18.12. *Thren.* 2.5. Hinc Hebr. in *Hithp.* הִתְאוֹנֵן *Lamentari, Plangere, Quiritari:* Partic. כְּמִתְאוֹנְנִים Sicut Plangentes, Quiritantes, *Num.* 11.1. Fut. יִתְאוֹנֵן Quiritabitur, *Thren.* 3.39.

אוֹן m. *Planctus, Mœror, Luctus, Gen.* 35.18. *Deut.* 26.14. *Hoſ.* 9.4.

אנון *Chald. vide ſup. in* אָן.

אָנַס *Adegit, Coëgit, Urſit, Exegit, Preſſit: Participium,* אֵין אוֹנֵס Nemo erat urgens, *Eſth.* 1. 8. *Chaldaica, Participium* אָנֵס *Premens, negotium faceſſens, Daniel.* 4. 6.

אָנַף *Iratus fuit:* Fut. יֶאֱנַף Iraſcatur, *Pſ.* 2. 12. *Hithp.* Præt. הִתְאַנַּף Irâ percitus fuit, *Deut.* 1, 37. Futur. וַיִּתְאַנַּף Et irâ percitus fuit, *Deut.* 9. 8.

אַף m. *Ira; Vultus, Facies,* ſic dicta quòd iræ index ſit, & per ſynecdochen *Naſus, Pſal.* 115.6. Affix. בְּאַפְּךָ In ira tua, *Pſ.* 6.2. אַפָּהּ Naſo ejus, *Gen.* 24.47. מֵאַפְּכֶם De naſo veſtro, *Num.* 11.20: Dageſch eſt pro abjecto נ, & ſic fit in בַּת Filia, ut eſt in בְּנָה. Duale eſt אַפַּיִם *Facies, Vultus, Nares,* & forma dualis propriè geminas nares notat, & inde ad Vultum quoque accommodatur, quod propter narium interſtitium, quaſi geminus videatur, unde & פָּנִים quod quoq; Vultum ſignificat, plur. tantùm eſt. Hinc *Iram* eâdem formâ ſignific. ut קְצַר אַפַּיִם יַעֲשֶׂה אִוֶּלֶת Brevis irarum (id eſt, cito iraſcens, præceps irâ) facit ſtultitiam, *Prov.* 14.17. אֶרֶךְ אַפַּיִם Longus irarum, id eſt, tardus ad iram, *Exod.* 34. 6. de Deo. Quærunt Talmudici, Quare hic dicatur אַפַּיִם forma duali, non אַף ſingulariter. Reſpondent: Quia ארך אפים Longanimis eſt erga juſtos, & erga improbos, ut utrique peccantes, per tarditatem iræ ad pænitentiam invitentur: Sanhed.

Sanhed. *f.* 111. Bava Kama *f.* 50. Con. אַפֵּי *Aff.* בְּאַפָּיו In nares ipsius, *Gen.* 2.7. אַפֶּיךָ Vultus tui, *Gen.* 3.19. *Chal.* אַנְפִּין, *Aff.* אַנְפּוֹהִי *Faciem suam*, *Dan.* 2.46. *ubi* נ *redit.*

אֲנָפָה f. *Ardea*, *Lev.* 11.19. Talmudicis est, *Milvus iracundus*.

אנק *Clamavit*, *Exclamavit*, cum gemitu propriè, ut saucii, Infin. בֶּאֱנֹק In clamando, quum clamabit *Ezec.* 26.15. Futur. יֶאֱנֹק Exclamabit: *Jer.* 51.52. *Niph.* Par. וְהַנֶּאֱנָקִים Et qui exclamant, *Ezec.* 9.4. Infin. הֵאָנֵק Clamare, *Ezech.* 24. 17.

אֲנָקָה f. *Exclamatio*, *Gemitus*, *Mal.* 2. 13. Constr. אֶנְקַת אָסִיר Gemitus vincti, *Psal.* 79.11. Item *Attelabus*, locustæ species sine alis, *Levit.* 11.39. Diversimodè redditur.

אנש *Ægrum esse*, *Ægritudine affici*: Futurum, וָאָנוּשָׁה Et ægritudine afficior, *Psal.* 69.21. deficiente Aleph radicali, & cum Schurek loco Cholem, & He paragogico: integrum enim esset אֶאֱנוֹשָׁה ut notat Kimchi in Michlol. *Niph.* Fut. וַיֵּאָנַשׁ Et ægritudine confectus fuit, 2 *Sam.* 12.15.

אָנוּשׁ m. *Mortiferus*, *Ægerrimus*, *Jer.* 30. 15. *Fœmin.* וּמַכָּתִי אֲנוּשָׁה Et plaga mea mortifera, *Jer.* 30. 18.

אֱנוֹשׁ m. *Homo*, à mortifera ægritudine, in quam post peccatum incidit, sic dictus: Plur. אֲנָשִׁים Homines & specialiter, Viri, *Num.* 13.4. Const. אַנְשֵׁי Viri, *Gen.* 17.27. Aff. אֲנָשֶׁיךָ Viri tui, 1 *Reg.* 10. 8.

אֱנָשׁ, אֱנָשָׁא, אֲנָשָׁא *Chal.* Homo, *Dan.* 7. 4, 8. Quisquam, *Dan.* 2.10. Plur. אֲנָשִׁים *Viri*, *Dan.* 4. 14.

נָשִׁים quod hic adducunt, uide in נָשָׁה.

אַנְתָּה *Pronomen Chald.* *Vide in* אֲנִי.

אסם m. *Horreum*: Plur. cum Aff. אֲסָמֶיךָ Horrea tua, *Prov.* 3.10. extat & *Deut.* 28.8.

אסן אָסוֹן m. *Exitium*, *Gen.* 42.4. Ab. Esra מָוֶת Mortem exponit.

אסף *Congregavit, Collegit, retraxit, Recepit* : Construitur cùm præpositione אֶל, Exceptis tribus locis, in quibus construitur cum עַל, ut tradit Masora, *Amos* 3. 9. Quomodo á קָבַץ differat, vide illic: Præt. אָסַף Recepit, *Gen.* 30. 23. אָסְפוּ Recipient, Retrahent ad se *Joel.* 2. 10. Particip. Plur. Const. אֲסֻפֵי Intercepti, *Ezech.* 34. 29. Fut. תֹּסֵף Recipies, *Psal.* 104. 29. absque א. *Niph.* נֶאֱסַף *Collectus, Congregatus, Receptus, Sublatus fuit : vel Congregavit se* : Præter. נֶאֱסַף Recipitur, *Jesa.* 57. 1. *Pih.* Particip. מְאַסֵּף Colligens, *Jer.* 9. 22. Plur. cum Aff. מְאַסְפָיו Colligentes illud, *Jes.* 62. 9. Dagesch irregulariter ejecto. *Pyh.* Præter. וְאֻסַּף Et colligitur *Jesa.* 33. 4. וְאֻסְּפוּ Et congregabuntur, *Hos.* 10. 10. Part. מְאֻסָּף Receptus, *Ezech.* 38. 12. *Hiph.* Fut. אֹסִפְךָ Tollam te. 1 *Sam.* 15. 6. Et contractum, אָסֵף Recepturus sum, Soph. 1. 2. 3 quòd á סוּף esse potest. *Hithp.* Infin. בְּהִתְאַסֵּף Dum congregarent se, Deut. 33. 5.

אֹסֶף m. *Collectio, Jes.* 32. 10. Plur. Constr. כְּאָסְפֵי קַיִץ Sicut collectiones æstatis, *Mich.* 7. 1.

אָסִיף m. idem, *Exod.* 34. 22.

אֲסֵפָה f. idem, *Jes.* 24. 22.

אֲסֻפִּים m. p. *Collectæ, Res congregatæ*, 1 *Par.* 26. 15. cum quo confer. 2 *Par.* 25. 24. Const. בְּאָסְפֵּי קַיִץ In congregationibus æstatis, *Neh.* 12, 25.

אֲסֻפּוֹת f. p. *Collectiones*, Collegia, *Eccles.* 12. 11.

אֲסַפְסֻף m. *Collecta turba, Colluvies*, unde cum Aleph quiescente, וְהָאסַפְסֻף Et colluvies, *Num.* 11. 4.

אָסְפַּרְנָא *Chald.* vide in סְפַר.

אסר *Ligavit, Obligavit, Vincivit*, Part. אֹסְרִי Ligans, *Gen.* 40. 11. cum י paragogico. Partic. præter. הָסוּרִים Vincti *Eccl.* 4. 14. contract. pro הָאֲסוּרִים. vide simile suprà in אלף. *Niph.* Imper. הֵאָסְרוּ Vincti estote, *Gen.* 42. 16. Fut. יֵאָסֵר Vinciatur, Vinctus esto, *v.* 19. *Pyh.* אֻסְּרוּ Vincti sunt, *Jes.* 22. 3.

אִסָּר m. *Obligatio, Num.* 30. 3.

אֱסָר m. idem, v. 4. Plural. cum Aff. וֶאֱסָרֶיהָ Et obligationes ejus, v. 6.

אֵסוּר m. *Vinculum, Ligamen*, *Jer.* 37. 15. Plural. אֱסוּרָיו Vincula ejus, *Jud.* 15. 14.

אָסִיר m. *Vinctus*, *Psalm.* 79. 11. Plural. אֲסִירִים Vincti, *Psal.* 68. 7. Const. אֲסִירֵי *Zach.* 9. 12. Aff. אֲסִירַיִךְ Vinctos tuos, v. 11.

אַסִּיר m. *Vinctus*, *Jes.* 42. 7.

מָסֹרֶת f. *Vinculum*, *Ezech.* 20. 37. contractè pro מַאֲסֹרֶת Sic מַבֹּלֶת pro מַאֲבֹלֶת, ut est in אָבַל.

אֱסוּר *Chald.* Vinculum, *Dan.* 4. 12. *Plur.* וְלֶאֱסוּרִין *Et ad vincula*, *Esr.* 7. 26.

אֱסָר, אֱסָרָא *Chald.* Interdictum, *quasi Vinculum dictum*, *Dan.* 6. 7, 8.

אע אָעָא m. *Chald.* Lignum, *Esr.* 5. 8. *Dan.* 5. 4. *idem quod Hebræum* עֵץ, commutato צ in ע, quod sæpius fit.

אף *Etiam, quinetiam. Quoque*. אַף כִּי *Quantominus*, 1 *Reg.* 8. 27. *Quanto magis*, *Proverb.* 11. 31. Quandoque deficit כִּי, ut *Job.* 4. 19. *Chald.* וְאַף *Etiamque* *Dan.* 6. 22. Aliter vide supra in אנף

אָפַד *Amicivit, Accinxit*: Præter. וְאָפַדְתָּ Et accinges, *Exod.* 29. 5. Futurum וַיֶּאְפֹּד Et accinxit, *Levit.* 8. 7.

אֵפוֹד m. *Ephod*, *Cinctum*, *Amiculum* humerale, certa vestis sacra fuit, de qua *Exod.* 28. 6. Vide Aben Esram, *Exod.* 28. 4. & ibid. R. Salom. Tunicæ etiam sacerdotum, de quibus, *Exod.* 28. 40. hoc nomine appellatæ sunt, 1 *Sam.* 2. 18. & 22. 18.

אֲפֻדָּה f. *Amictus*; Construct. אֲפֻדַּת *Jes.* 30. 22. Aff. אֲפֻדָּתוֹ Amictus ejus, *Exod.* 39. 5.

אַפֶּדֶן Vide in פדן.

אָפָה *Coxit*, propriè panem in furno, *Gen.* 19. 3. Imper. אֵפוּ Coquite, *Exod.* 16. 23. Futur. וְתֹאפֶהוּ

Et

Et coxit eam, 1 *Sam.* 28. 24. quæ irregularia ſunt. *Niph.* Futur. תֵּאָפֶה Coquitor, *Levit.* 6. 10. תֵּאָפֶינָה Coquuntor, *Levit.* 23. 17.

אֹפֶה m. *Coquus, Piſtor, Gen.* 40. 17. Aff. אֹפֵהֶם Piſtor eorum, *Hoſ.* 7. 6. Plur. הָאֹפִים Coqui, *Gen.* 40. 16. Fœm. וּלְאֹפוֹת Et in piſtrices, 1 *Sam.* 8. 13.

מַאֲפֶה m. *Coctum, Levit.* 2. 4.

תֻּפִינִים m. p. *Cocturæ*: Conſtr. תֻּפִינֵי *Levit.* 6. 21. al. 14. abjecto א.

אפל אֹפֶל m. *Caligo, Job* 3. 6. בְּמוֹ אֹפֶל In caligine, *Pſalm.* 11. 2.

אָפֵל m. *Caliginoſus, Amos* 5. 20.

אֲפֵלָה f. *Caligo, Exod.* 10. 22. Aff. וַאֲפֵלָתְךָ Et caligo tua, *Jeſ.* 58. 10. Plur. בָּאֲפֵלוֹת in caliginibus, hoc eſt, ſumma caligine, *Jeſ.* 59. 9.

אֲפִילֹת f. p. *Obſcura*, id eſt, latentia, abſcondita, ſub terra, *Exod.* 9. 32. hoc eſt tarda, ſerotina ſemina.

מַאֲפֵל m. *Caligo, Joſ.* 24. 7. אֶרֶץ מַאְפֵּלְיָה Terra caliginis maximæ, *Jer.* 2. 31. compoſitum cum nomine divino יָהּ augendæ ſignificationis cauſâ: ut & in aliis fit, Vide לַהַב.

אפן אוֹפַן m. *Rota, Ezech.* 1. 15. Conſtr. אֹפַן מַרְכְּבוֹתָיו Rotam curruum ejus, *Exod.* 14. 25. Plural. אוֹפַנִּים *Ezech.* 1. 16.

אֹפֶן idem: metaphoricè *Modus, Ratio:* Plural. cum Aff. דָּבָר דָּבֻר עַל אָפְנָיו Verbum dictum juxta modos ſuos, *Prov.* 25. 11.

אפס *Deſiit, Defecit, Gen.* 47. 15. הֶאָפֵס An deficeret, *Pſal.* 77. 9.

אֶפֶס m. *Defectus, Finis, Terminus*: *Nihil, Nemo, Nullus:* item, *Niſi, Tantùm, Tantummodò, Præter*, maximè ſequente כִּי, ut *Deut.* 15. 14. הַאֶפֶס An nullus, 2 *Sam.* 9. 3. מֵאֶפֶס Præ nihilo, id eſt, minus nihilo, *Jeſ.* 40. 17. Aff. וְאַפְסִי Et præter me, *Ieſ.* 47. 8. Duale, אָפְסַיִם *Tali*, *Ezech.*

Ezech. 47. 3. secundum Targum, & R. Salomon, qui exponunt per קַרְסֻלַּיִם: R. Levi Dan. 5. 24. deducit ex significatione Nominis פס, unde פַּס הַיָּד Pars manus, id est, manus usque quo brachio jungitur & פס הרגל, Pes ubi talis jungitur, Talus. Plur. const. אַפְסֵי אֶרֶץ Psal. 2. 8.

אפע אֶפַע m. *Vipera*, juxta quosdam, Ies. 41. 24. Targum לָא מִדַּעַם Nihil quicquam: Ab. Esra, אַיִן Nihilum.

אֶפְעֶה f. *Vipera*, Ies. 59. 5. Iob 20. 16.

אפף *Circumdedit*: אָפְפוּ עָלַי רָעוֹת Circumdederunt me mala, Psal. 40. 13. אֲפָפוּנִי circumdederunt me, 18. 5.

אפק *Hith.* הִתְאַפֵּק *Confirmare, Corroborare se, Fortiter se continere, Reprimere se.* Præter. הִתְאַפְּקוּ *Continerent se*, Iesa. 63. 15. *Infin.* לְהִתְאַפֵּק Continere, Reprimere se, Gen. 45. 1.

אָפִיק m. *Fortis, Validus, Robustus: Torrens, Alveus*, à valido aquarum decursu, Iob 6. 15. Plural. אֲפִיקִים Robusti, Iob 12. 21. Alvei, Ezech. 32. 6. Constr. אֲפִיקֵי יָם Alvei maris, 2 Sam. 22. 16. אֲפִיקֵי מָגִנִּים, Robusta scutorum, Iob 41. 6. אֲפִיקֵי נְחוּשָׁה Robusta æris, dura ut chalybs, Iob 40. 13. Aff. אֲפִיקָיו Alveos, Validas aquas ejus, Ies. 8. 7.

אפר אֵפֶר m. *Cinis.* Num. 19: 9. עָפָר וָאֵפֶר Pulvis & cinis, Gen. 18. 27.

אֲפֵר m. idem, juxta quosdam, 1 Reg. 20. 38, 41. vel Velamen, juxta Targum & Hebræos, quasi ex פְּאֵר transpositum.

אוֹפִיר *Ophir*, proprium nomen Viri, Gen. 10. 29. item regionis cujusdam Indiæ, auri pretiosi ditissimæ, 1 Reg. 9. 28. quam Josephus lib. 8. cap. 2. dicit olim Sophirum, nunc Auream terram appellari. Inde *Aurum Ophir* vel Ophirium (vulgò Obrizum quasi Ophrizum) pro Auro præstantissimo sumitur, Iob 22. 24. 1 Par. 29. 4. Vide זָהָב.

אפת אַפְּתֹם *Chald.* Thesaurus, Aerarium, *Esr.* 4.13. R. Salom. Tributum, *Ab. Esra.* תצאורת המלך ותועלתיו Commodum annuum sive reditus annuos exponit.

אצל *Apud, Juxta, Penes, Propè:* מֵאֵצֶל De apud id est, de latere, 1 *Sam.* 20. 41. Aff. אֶצְלִי Apud me, אֶצְלָם apud eos: מֵאֶצְלוֹ De apud eum, Ab ipso, 1 *Reg.* 20. 36.

אָצַל *Reponere, Seponere, Reservare:* Præter. אָצַלְתָּ Seposuisti, *Gen.* 27. 36. אָצַלְתִּי Seposui, *Eccles.* 2. 10. *Niph.* Præter. נֶאֱצַל Angustum, Contractum fuit, quasi Separatum & sepositum in se, *Ezech.* 42. 6. *Hiph.* Futurum וַיָּאצֶל & sepofuit, *Num.* 11. 25.

אַצִּיל m. *Ala, Axilla,* quasi Juxta vel ad Latus posita; cum ה locali, אַצִּילָה Ad alam usque, id est, Pteromata adificii, ab alarum similitudine sic dicta, *Ezech.* 41. 8. Plur. const. אַצִּילֵי יָדַי Axillis manuum mearum, *Ezech.* 13. 18. Fœmin. אַצִּלוֹת, *Jer.* 38. 12.

אֲצִילִים m. p. *Selecti, Optimates, Magnates,* quasi Sepositi dicti; Construct. וְאֶל־אֲצִילֵי Et in selectos *Exod.* 24. 11. Aff. וּמֵאֲצִילֶיהָ Et ex selectis vel optimatibus ejus, *Jesa.* 41. 9.

אצר *Recondidit, Reposuit in Thesaurum, Thesaurum collegit vel fecit.* Præter. אָצְרוּ Recondiderunt, 2 *Reg.* 20. 17. Partic. הָאוֹצְרִים Thesauros facientes, *Amos.* 3. 10. *Niph.* Fut. יֵאָצֵר In thesaurum reponetur, *Jes.* 23. 18. *Hiph.* Futur. וָאוֹצְרָה Et thesaurarios constituam, *Neh.* 13. 13. pro אוֹצִירָה.

אוֹצָר m. *Thesaurus, Mal.* 3. 10. Constr. אוֹצַר *Jos.* 6. 19. Aff. אוֹצָרוֹ Thesaurus ejus, *Jesa.* 33. 6. Plural. אוֹצָרוֹת Thesauri, *Neh.* 13. 13. Const. אוֹצְרוֹת, *Job.* 38. 22. Aff. בְּאוֹצְרוֹתָיו In Thesauris ejus, 2 *Reg.* 20. 13.

אקק אַקּוֹ m. *Rupicapra, Deuter.* 14. 5. R. Salomon אַשְׁטֵיינבוק id est, *Steinbock,* Hyrcus sylvestris.

אראל אֶרְאֵל m. *Valens, Prævalidus* : Aff. אֶרְאֶלָּם Prævalidi eorum, *Jeſ.* 33. 7. idem cum אֲרִיאֵל 2 *Sam.* 23. 20. quod ex אֲרִי Leo, & אֵל Deus, ad auxeſin, quaſi *Leoninus, Leo fortiſſimus*. Chaldæus & Hebræi, *Nuncium, Legatum* exponunt. ארר v.

ארב *Inſidiatus eſt*, conſtruitur cum Dativo & Præp. אֶל, עַל. Præt. וְאָרַב Et inſidiatus fuerit, *Deut.* 19. 11. &c. *Pih.* Part. מְאָרְבִים Inſidiantes, *Jud.* 9. 25. *Hiph.* Futur. וַיָּרֶב Et inſidias poſuit, 1 *Sam.* 15. 5. pro וַיַּאֲרֵב ut Kimchio placet : R. Sol. & R. Levi à רוב deducunt, pro, Et contendit, id eſt, pugnavit.

אֶרֶב m. *Inſidiæ, inſidiarum locus, Latibulum, Job.* 37. 8.

אֹרֶב m. idem : Aff. יָשִׂים אָרְבּוֹ Ponit inſidias ſuas, *Jer.* 9. 8. בְּאָרְבָּם In inſidiis ſuis, *Hoſ.* 7. 6. Si eſſent Infinitivi, ב ante Affixum haberent lene.

אֲרֻבָּה f. *Specus, Cataracta*, metaphoricè, *Caminus, Fumarium*: Qui huc referunt, ponunt א radicale, formæ כְּבֵדָה: quibus א ſervile eſt, deducunt à רבב, ut אֲגֻדָּה à גָּדַד, ut docet Ab. Esra *Gen.* 7. 11. מֵאֲרֻבָּה. De camino, *Hoſ.* 13. 3. Plur. אֲרֻבּוֹת Cataractæ, Speculæ, Feneſtræ, 2 *Reg.* 7. 19. Aff. אֶל אֲרֻבֹּתֵיהֶם Ad feneſtras ſuas, *Ieſ.* 60. 8.

אָרְבּוֹת f. p. *Cataractæ ſive obices, Ieſ.* 25. 11. ex abſoluta forma אָרְבוֹת, & ſing. אֹרֶב.

מַאֲרָב m. *Inſidiæ, Jud.* 9. 35. Conſt. בְּמַאֲרַב In inſidiis vel inſidiarum loco, Specu, *Pſal.* 10. 8.

ארג *Texuit, Attexuit*, Part. אֹרֵג Texens & Textor, *Exod.* 28. 32. Plural. אֹרְגִים חוֹרָי Texentes albam telam, *Ieſ.* 19. 9. Fœm. אֹרְגוֹת Texentes, 2 *Reg.* 23. 7.

אֶרֶג m. *Textura, Radius textoris, Iob* 7. 6. *Iud.* 16. 14.

אַרְגְּוָנָא *Chald.* Purpura, *Dan.* 5. 7. *Et Hebraice* אַרְגָּוָן 2 *Par.* 2. 7.

אַרְגַּז m. *Arca. Capſula* תָּשִׂימוּ בָאַרְגַּז Ponetis in capſula 1 *Sam.* 6. 8.

אַרְגְּמָן m. *Purpura*, *Purpureum*, *Exod.* 25. 4. idem quod אַרְגְּוָן, quod præcedit.

ארה *Carpſit*, *Decerpſit:* Præter. אָרִיתִי Decerpſi, *Cant.* 8.5. וְאָרוּהָ Et carpunt eam, *Pſal.* 80. 13.

אֲרִי m. *Leo*, *Prov.* 22. 13. Plur. אֲרָיִים 1 *Reg.* 10. 20. & אֲרָיוֹת Leones, *v.* 19. כָּאֲרִי Sicut Leo, *Pſ.* 22. 17. quod in Maſora *Num.* 24. 9. dicitur ſcriptum כארו. In Pſalmo autem Maſora notat, Duo ab initio eſſe cum Kametz & in duplici ſignificatione. *Jeſ.* 38. 13. propriè ſignificat, Leonem: ergo in *Pſal.* 22. aliam ſignificationem obtinet quæ ab alia non poteſt eſſe, quàm כארו, ut maſora in *Num.* libro notat, & quam confirmat Chald. interpres, & Græci. Sic & R. Jacob collector Maſoræ, in ordine אר ſcribit ſe in quibuſdam correctis exemplaribus inveniſſe כארו. ✓. אָרַר

אַרְיֵה m. idem: *Gen.* 49. 9. *Chald.* כְּאַרְיֵה *Sicut Leo*, *Daniel.* 9. 4. *Plur.* אַרְיָוָתָא *Leones*, *Dan* 6. 8. Leonum nomina plura ſunt, & ſecundum ætatis gradus diſtinguuntur. *Catulus* vocatur גּוּר אַרְיֵה Catulus leonis, *Gen.* 49. 9. *Jer.* 51. 38. ubi dicitur non שָׁאַג Rugire ſed נָעַר Rudere, id eſt, inconditam vocem edere non verum rugitũ. *Nomen primum* כְּפִיר *Juvenis Leo*, *Leunculus*, vel כְּפִיר אֲרָיוֹת Juvenis Leonum, jam rugiens, *Iud.* 14. 5. dentatus ad dilacerandam prædam, *Job.* 4. 10. *Pſal.* 58. 7. tugurium relinquens, *Jer.* 25. 38. prædari diſcens, *Ezec.* 19. 5. *Amos* 3. 4. *Secundum* אֲרִי vel אַרְיֵה *Leo Major*, & adultior, catulos habens, & pro iis prædam rapiens, *Nah.* 2. 12. animoſus, 2 *Sam.* 17. 10. Seſe efferens, *Num.* 23. 24. *Tertium* שַׁחַל *Job.* 4. 10. *Quartum* שַׁחַץ, *Job.* 28. 8. quæ duo mediæ ætatis ſunt, ac per *Leo ferox*, explicari poſſunt. *Quintum* לָבִיא *Leo immanis*, & annoſus, ſed catulos adhuc habens, *Job.* 4. 11. & molares, *Joel* 1. 6. ferox & quem ob ferociam nemo excitare, aut commovere audeat, *Gen.* 49. 9. *Sextum* לַיִשׁ *Leo vetus*, qui præcedenti

ſub-

subjungitur, *Jes.*30.6. potens adhuc, *Prov.*3.30.sed qui tandem præ inopia prædæ, quam viribus destitutus consequi non valet, perit, *Job.*4.11. Hæc sex à Talmudicis recensentur in Sanhedrin, *cap.* 11. *fol.* 95. *col.* 1.

אָרוֹן c. *Arca, Loculus, Feretrum* : לָשֵׂאת הָאָרוֹן Ad portandum arcam, *Exod.*25.14. וַיִּישֶׂם בָּאָרוֹן Et positus fuit in loculo, *Gen.*50.26. Constr. אֲרוֹן יְהוָה Arca Domini, 2 *Par.*8.11.

אֻרְוָה f. Stabulum. Præsepe, à capiendo pabulo sic dictū: plur. אֻרָוֹת 2 *Par.* 32. 28. Const. אֻרוֹת 1 *Par.* 4. 26. & אֻרְיוֹת 2*Par.*9.25. Tertia radicalis ה mutata est in ו & י.

אֲרוּ *Chald.* Ecce, *Dan.*7.2. *dicitur &* אֲלוּ *per commutationem* ר *&* ל, *scribit R. Saadias, Dan.* 7. 4.

אֶרֶז m. *Cedrus, Levit.* 14. 4. *Aff.* אַרְזָה Cedrus ejus, *Soph.*2.4. deficiente Mappik: Plur. אֲרָזִים *Ps.*29.5. Const. אַרְזֵי *Jud.*9.15. Aff. אֲרָזֶיךָ Cedri tuæ, *Jer.*22.7. Talmudici decem genera cedrorum numerant in Rosch haschana fol. 23. 1.

אֲרֻזִים m. p. *Cedrata, Cedrinæ capsæ, Ezech.*27.24.

אָרַח *Iter fecit*; Præter. וְאָרַח Et iter facturus esset? *Job.*34.8.

אֹרֵחַ m. *Viator, Jud.*19.17. Plur. אֹרְחִים *Jer.*9.2.

אֹרַח f. *Iter, Via, Semita* : metaphoricè *Consuetudo. Gen.* 10. 11. Aff. אָרְחִי Iter meum, *Psal.*139.3. Plur. אֳרָחוֹת Viæ, *Jud.*5.6. Const. אָרְחוֹת, *Psal.*8.9. אֹרְחוֹת vide mox, Aff. אֹרְחוֹתָיו Vias ejus, *Prov.*22.25. sic אֹרְחֹתֶיךָ Semitæ tuæ, &c. *Chal.* אֹרְחָתֵהּ *Viæ ejus, Dan.*4.34. וְכָל־אֹרְחָתָךְ *Et omnes viæ tuæ, Dan.* 5. 23.

אֹרְחָה *Comitatus, Turma, Cohors commeantium:* Constr. אֹרְחַת, *Gen.*37.25. Plural. אֹרְחוֹת Cætus commeantes, *Jes.*21.13.

אֲרֻחָה f. *Viaticum, Cibarium itineris*, quasi Itinerarium dicas, *Jer.*40.5. וַאֲרֻחָתוֹ אֲרֻחַת תָּמִיד Cibarium ejus cibarium juge est, *Jer.*52.34. ubi constructum & affixum est.

ארך *Prolongari, Produci, Prorogari*; Præter. אָרְכוּ לוֹ Prorogati essent ei, *Gen.* 26. 8. *Ezech.* 12. 22. Futur. וַתֶּאֱרַכְנָה Et prolongabantur, *Ezech.* 31. 5. *Hiph.* הֶאֱרִיךְ *Prolongavit, Prorogavit, Produxit, Protraxit, Distulit:* & intransitivè *Prolongari*, ut *Deut.* 5. 16.

אֹרֶךְ m. *Longitudo, Gen.* 6. 15. Aff. אָרְכּוֹ Longitudo ejus, *Exod.* 25. 10.

אַרְכָה *Chald. Prorogatio, Dan.* 4. 24. & 7. 12.

אֶרֶךְ m. idem, *Jer.* 15. 15. & adjectivè אֶרֶךְ אַפַּיִם Longus, id est patiens irarum, tardus ad iram, q. d. Longanimis, *Exod.* 34. 6. Talmudici: Quare dicit אפים & non אף? nempe quia ארך אפים לצדיקים ולרשעים longanimis erga probos & improbos. אֶרֶךְ רוּחַ Longus spiritu, Longanimis, *Eccles.* 7. 9. אֶרֶךְ הָאֵבֶר Longa alâ, alatissima, *Ezech.* 17. 3.

אַרִיךְ *Chald.* Decens, Conveniens, *Esr.* 4. 14.

אֲרֻכָּה *Longum: Diuturnum, Diutinum*, 2 *Sam.* 3. 1.

אֲרוּכָה אֲרֻכָה f. *Sanitas*, quasi vitæ Prolongatio dicta, *Jer.* 30. 17. Constr. אֲרֻכַת *Jer.* 8. 22. Aff. וַאֲרֻכָתְךָ Et sanitas tua, *Jes.* 58. 8. metaphoricè, *Neh.* 4. 7. 2. Paral. 24. 13. de murorum restauratione.

אַרְכוּבָה *Nomen Chald. vide in* רְכַב.

ארם *Aram*, nomen proprium viri, *Gen.* 10. 22. inde regio appellata *Aramia, Syria:* & nomen gentile אֲרַמִּי *Aramæus, Syrus:* fœm. אֲרַמִּיָּה *Aramæa, Syra* אֲרָמִית Aramicè, Syriacè, 2 *Reg.* 18. 26.

אַרְמוֹן c. *Palatium, Arx*, 1 *Reg.* 16. 18. Hinc הַהַרְמוֹנָה Ad palatium, *Amos* 4. 3. cum ה loco א. Plur. אַרְמְנוֹת Palatia, *Amos* 1. 4. Aff. בְּאַרְמְנוֹתָיו Et Palatia ejus, *Amos* 6. 8. Hinc etiam, juxta quosdam, בְּאַלְמְנוֹתָיו In palatiis ejus, *Ies.* 13. 22. per commutatonem ר in ל, ut supra fuit in Chaldaicis אֲרוּ & אֲלוּ: vel, *In viduatis palatiis ejus*, ut significationem habeat ab אַלְמוֹן & אַרְמוֹן.

ארן m. *Ornus, Ies.* 44. 14. אֹרֶן quod hinc deducunt vide in אָרָה. *Pinus. H.*

אַרְנֶבֶת f. *Lepus*, *Levit*, 11 6,

ארע אַרְעָא m. *Terra*: מֵאַרְעָא *De terra*, *Jer*. 10. 11. *commutato* צ in ע *ut aliàs*, Ab Heb. אֶרֶץ.

ארץ c. sed f. sæpius, *Terra*, *Regio*. Quidam deducunt à רָצַץ, â Terendo, quod ab incolis suis terra teratur & calcetur, ut & Latinè à Terendo dictum volunt. *Gen*. 1. 10, cum ה locali, אַרְצָה Terram versus, In terram vel regionem, *Gen*. 12. 5. Cum articulo ה ab initio Aleph semper est cum Kametz; ut הָאָרֶץ Aff. אַרְצוֹ Terra ejus, אַרְצְךָ Terra tua, אַרְצָם Terra eorum: Plur, אֲרָצוֹת Terræ, *Jer*, 28. 8. Const, אַרְצוֹת *Psal*. 105. 44.

ארק אַרְקָא *Chald*. Terra; שְׁמַיָּא וְאַרְקָא *Cælum & Terram*, *Jer*. 10. 11.

ארר *Maledixit*, *Exsecratus est*: construitur cum accusativo, ut *Mal*. 2. 2. Imperat. אָרָה־לִּי Maledic mihi, *Num*. 22. 6. cum Dativo pleonastico: אוֹרוּ Maledicite, *Iud*. 5. 23. *Niph*. Partic. Plurale נֵאָרִים Maledicti, *Mal*. 3. 9. quod tamen propter Tzere potius ad נֵאֵר reducendum. *Pih*. Præter. אֵרְרָהּ Maledictam reddidit eam, *Gen*. 5. 29. Partic. מְאָרְרִים Maledictionem afferentes, *Numb*. 5. 18. *Hophal* Fut. יוּאַר Maledictus erit, *Num*. 22. 6.

מְאֵרָה f. *Maledictio*, *Deut*. 28. 20. *Construct*. מְאֵרַת *Prov*. 3. 33. *Plur*. מְאֵרוֹת, Maledictiones, *Prov*. 28. 27. Maledictio est subtractio & defectus benedictionis sive boni. Inde Hebræi quandoque חִסָּרוֹן *Defectum*, *Diminutionem*, *Penuriam*, explicant, ut *Deut*. 28. 20. *Mal*. 3. 9. ubi & Vulgata Latina reddit Famem, Egestatem. Sic & Græci ut *Deut*. ἔνδειαν egestatem.

ארש אֲרֶשֶׁת f. *Pronunciatum*: וַאֲרֶשֶׁת שְׂפָתָיו Et pronunciatum labiorum ejus, *Psal*. 21. 3.

ארש *Pih*. *Desponsavit*: *Deut*. 20. 7. אֵרַשְׂתִּי Desponsavi 2 *Sam*. 3. 14. Fut. תְּאָרֵשׂ Desponsabis, *Deut*. 28. 30. *Pyh*. Præt. אֹרָשָׂה Desponsata, *Deut*. 22. 28. Partic. מְאֹרָשָׂה *Desponsata*, *v*. 23.

אֵשׁ c. sed f. sæpius, *Ignis*, *Gen.* 15.17. *Aff.* אֶת־אִשּׁוֹ Ignem suum, *Deut.* 4.36. Utroque genere usurpatur, *Job.* 20. 26. אֶשָּׁא *Chald.* Ignis, *Dan.* 7.11.

אִשֶּׁה m. *Ignitum*, *Igne-absumendum sacrificium*, pro אִשְׁשֶׁה formæ לְבֵנָה. simile vide in צחח. Pertinebit ergo ad אשש. *Constr.* אִשֵּׁה, *Levitic.* 1. 9. Plural. *Constr.* אִשֵּׁי Ignita, *Lev.* 4.35. Aff. לְאִשַּׁי In ignitis meis, *Numb.* 28.2.

אִשָּׁה Vide in איש.

אשד אֶשֶׁד m. *Effusio*, *Decursus*, *Numb.* 21. 15. Plur. אֲשֵׁדוֹת Decursus, Loca declivia, quasi Declivitates dicas, *Jos.* 10.40. Constr. אַשְׁדוֹת Ex lingua Chaldaica originem habet, in qua אֲשַׁד & שְׁדָא ponitur pro Hebræo שָׁפַךְ, *Effundere*. *Terra colendis agris idonea. H.*

אַשְׁדּוֹד *Asdod*, nomen proprium loci: inde nomen gentile, אַשְׁדּוֹדִיּוֹת *Asdodææ*, *Neh.* 13.23. אַשְׁדּוֹדִית *Asdodice*, *Asdodæè*, *v.* 24.

אשה אֻשְׁיָה f. *Fundamentum*, Plur. cum *Aff.* אָשְׁיוֹתֶיהָ Fundamenta ejus, *Jerem.* 50. 15. In Targum נְפַלָא אֻשְׁיָתְהָא Ceciderunt fundamenta ejus, *Jerem.* 50. 15.

אֻשַּׁיָּא Chald. *Vide infrà in* אשש.

אשך m. *Testis*, *Testiculus* : מְרוֹחַ אָשֶׁךְ Attritus teste, *Lev.* 21. 20.

אשל m. *Nemus*, *Arboretum*, *Gen.* 21.33. תַּחַת הָאֶשֶׁל Sub arboreto, 1 *Sam.* 31.13. pro quo 1 *Chron.* 10. 12. dicitur תַּחַת הָאֵלָה Sub quercu. *Est Nomen universale omnem arborem significans H.*

אשם *Deliquit*, *Reus fuit*, *Reus factus aut peractus fuit* : item, *Vastatus*, *Desolatus fuit*, ut Ezech. 6.6. *Hos.* 14. 1. *Jes.* 24. 6. *Niph.* Præter. נֶאְשְׁמוּ Desolantur, *Joel.* 1.18. *Hiph.* Imper. הַאֲשִׁימֵם Reos perage eos, vel, Desolato eos tanquam reos, *Psal.* 5.11.

אָשֵׁם *m. Delinquens*, *Reus*, *Levit.* 5. 2. Plural. אֲשֵׁמִים, *Gen.* 42.21.

אָשָׁם m. *Delictum, Reatus, Oblatio pro reatu, Gen.*26.10. *Lev.*7.2. Aff. אֶת־אֲשָׁמוֹ Reatum suum, id est, Oblationem suam pro reatu, *Lev.*5.6.

אַשְׁמָה f. idem, 2 *Par.*28. 13. Constr. לְאַשְׁמַת Secundum reatum, *Lev.*4.3. Aff. אַשְׁמָתוֹ Reatus sui, *Lev.*6.5. Plural. אַשְׁמוֹת 2 *Par.*28.10. Aff. אַשְׁמוֹתַי Et reatus mei, *Ps.*69.9.

אַשְׁמַנִּים m. p. *Loca desolata*, juxta quosdam, *Jesa.*57.10. de quo vide etiam in שמן.

אַשָּׁף m. *Chaldaica* Astrologus, *Dan.* 2. 10. *Plural.* אָשְׁפִין *Astrologi, Dan.*5.11. & אָשְׁפַיָּא *Dan.* 4. 4. Hebraicè, הָאַשָּׁפִים Astrologis, *Dan.*1.20. de quo vide etiam נָשַׁף.

אַשְׁפָּה f. *Pharetra, Job.*39.*v.*26. Aff. אַשְׁפָּתוֹ Pharetram suam, *Psal.*127.5.

אַשְׁפֹּת f. *Fimus, Stercus, Sterquilinium,* 1 *Sam.* 2. 8. הָאַשְׁפּוֹת Sterquilinii, *Nehem.*3.*v.*14. & inde per Syncopam, הַשְׁפוֹת, *v.* 13. pro הָאַשְׁפוֹת. Plur. אַשְׁפַּתּוֹת Stercora, *Thren.*4.5. quod possit esse à singulari אַשְׁפַּת. Cæterum Kimchi in suo Michlol, confert cum Nominibus, formæ מַלְכוּת & שִׁפְלוּת quasi terminatio וּת sit formativa, ut ית. Sic in אָחוֹת & חָמוֹת. Fortè possit esse à שָׁפָה, quod in lingua *Chaldaica* significat Conterere, Calcare, unde Stercus dictum אַשְׁפוֹת, quia Calcatur & conteritur ab omnibus. Idem notat ad citatum locum è libro Samuelis.

אֶשְׁפָּר m. *Frustum, Portio ampla,* 2 *Sam.*6.19. Prisci Hebræorum Sapientes explicarunt, quasi ex tribus vocabulis compositum, nempe אֶחָד מִשִּׁשָּׁה בְּפָר Unum ex sexta bovis, id est, Una sexta bovis. In tot enim partes generaliores animal mactatum dissecabant, (ut hodie in quatuor) sicut scribitur in Codice Talmudico Pæsachim, cap.2. fol.36. Vide etiam שָׁפַר.

אָשַׁר *Incessit*: Imper. וְאִשְׁרוּ Et incedite, Prov. 9. 6. *Pih. Incedere fecit, Direxit, Duxit*: item, *Felicita-*

 vit,

vit, Beavit, Beatum, Felicem prædicavit: Præt. וְאִשְּׁרוּ Et beatos prædicabunt, *Malach.* 3. 12. Part. מְאַשְּׁרִים Felices prædicamus, *v.* 15. vide etiam, *Jes.* 9. *v.* 16. מְאַשְּׁרֶיךָ Qui ducunt te, *Jes.* 3. 12. Imper. וְאַשֵּׁר Et dirige, *Pro.* 23. 19. אַשְּׁרוּ חָמוֹץ Dirigite oppressum, *Ies.* 1. 17. R. Solomon, Confirmate, corroborate. Ea significatio Rabbinis perusitata est. *Pyh.* Partic. מְאֻשָּׁר Beatus est, *Pro.* 3. *v.* 18. Futur. יְאֻשַּׁר Beatus reddetur, *Psal.* 41. 3.

אֹשֶׁר m. *Beatitudo, Beatitas, Aff.* בְּאָשְׁרִי Cum beatitate mea est, beatè mihi est, *Gen.* 30. 13.

אַשְׁרֵי Plurale Constructum, *Beatitates*, sed per adjectivum *Beatus*, recte exprimitur, nunc singulariter, *Psal.* 1. nunc pluraliter, *Psal.* 2. *v.* 12. Vel est ut אַחֲרֵי adverbialiter, *Benè, Beatè*, & sensū habet, ut apud Plaut. in Sticho, Sce, Agite: Benè vos, benè nos, benè te, benè me benè nostrum etiam Stephanium. Et in Pers. Sce. Hostibus: Benè mihi, benè vobis, bene amicæ meæ. Cum Aff. אַשְׁרֶיךָ וְטוֹב לָךְ Beatitates tuæ; & bonum tibi, id est, beatus eris & benè tibi erit, O te beatum & felicem, *Ps.* 128. 2. Sic, אַשְׁרֵיךְ Beata tu, O te beatam, *Eccles.* 10. 17. אַשְׁרֵיכֶם O vos beatos, *Jesa.* 32. 20. אַשְׁרֵהוּ Beatus ipse est, *Prov.* 29. 18. in quo deficit י nota plur. numeri: אַשְׁרָיו idem, *Prov.* 16. 20. Cum Affixo primæ personæ superior forma usurpari potest, in ante cedenti Nomine אֹשֶׁר.

אָשׁוּר f. *Incessus. Gressus.* Aff. בַּאֲשֻׁרוֹ Gressum ejus, *Job.* 23. 11. Plur. שֵׁן בַּת אֲשֻׁרִים Ebur filius (Heb. filia. nam שֵׁן generis communis est) gressuum *Ezech.* 27. 6. id est, gressibus tritum, nempe quod diu in terra defossum fuit, & id solum Plinius ebur esse dicit, *lib.* 8. *nat. hist. cap.* 3. Hebræi hic variant, Kimchi אֲשֻׁרִים nomen gentis esse putat. At cùm gentem significat, semper cum Dagesch scribitur: Aff. תִמְעַד אֲשֻׁרָיו Nutat ullus gressuum ejus, *Psal.* 37. 31. ubi fœmininum est.

אַשּׁוּר *Buxus. H. 401.*

אַשֻּׁר אֲשׁוּר f. idem: Aff. תָּטֶּה אַשֻּׁרִי Declinavit gressus meus, *Job.* 31.7. אַשֻּׁרֵנוּ Gressum nostrum, *Psal.* 17. 11. Hac forma etiam proprium nomen est, *Assyrius & Assyria terra.*

אֲשֶׁר *Qui, quæ, quod*, utriusque generis & num. & conjunctionaliter, *Quòd, Quum, Est.* 3. 4. *Levit.* 4. *v.* 22. *Si, Deut.* 11.27. pro אִם: *Quia*, 1 *Sam.* 15.15. בַּאֲשֶׁר In quo sc. loco, id est, Ubi, Ubicumque, *Ruth.* 1.*v.*16,17. Propterea quòd, Eo quòd, pro עַל אֲשֶׁר, vel בַּעֲבוּר אֲשֶׁר *Gen.* 39.9.23. כַּאֲשֶׁר *Quemadmodum, Sicut, Quomodo, Quomodocumque, Prout, Quum, Quando:* לַאֲשֶׁר Ei qui: מֵאֲשֶׁר A quo, De quo: De eo quod, *Gen.* 31.*v.*1. Ex quo, *Ies.* 43.4. item loci, pro מִמָּקוֹם אֲשֶׁר Ex loco quo, hoc est, Ubicumque, vel potius Undecumque, *Exod.* 5.11.

אֲשֵׁרָה f. *Lucus* sic dictus, quòd homines Beatitatem in eo, ut pote sacro & religioso, quærerent, aut per Antiphrasin, quasi minimè Beatus, ut Latinè *Lucus* quasi *minimè lucidus*, *Deut.* 16.*v.*21. Plural. וַאֲשֵׁרִים Et lucos 2 *Reg.* 17.10. Aff. וְאֶת־אֲשֵׁרָיו Et lucos eius, *Exod.* 34.13. Et forma fœm. אֲשֵׁרוֹת 2 *Par.* 33.3.

אֻשַּׁרְנָא *Chald.* Murus, *quasi urbis in circuitum Processus*, *Esr.* 5.3.9. *de quo vide etiam in* שׁוּר.

תְּאַשּׁוּר f. *Buxus. Ies.* 41. 19. quare vocatur nomen ejus שהוא תאשור מאושר מכל מיני ארזים: quia est felicissima, præstantissima, inter omnes species cedrorum, In libro Jelammedenu, sectione תרומה. et Acer. H.

אשש אָשִׁישׁ m. *Fundamentum:* Plur. *Const.* לַאֲשִׁישֵׁי De fundamentis & ל est pro על, juxta R. Sol. *Ies.* 16. *v.* 7. *Chald.* אֻשַּׁיָּא Fundamenta ipsa. *Esr.* 4. 12. Aff. אֻשּׁוֹהִי *Fundamenta ejus*, *Esr.* 6. *v.* 3. Hinc Hebræi quidam deducunt ex *Hith.* הִתְאֹשָׁשׁוּ *Fortes estote*, q.d. benè firmati & fundati, *Iesa.* 46. 8. de quo etiam suprà in איש.

אֲשִׁישָׁה f. *Lagena*, 2 *Sam.* 6. 19. Plur. בַּאֲשִׁישׁוֹת Lagenis, *Caut.*

אֲשִׁישִׁים *lagenæ, bases habent, sed* חֵמֶת *Uter vinarius Basin cui insisteret omnino destituitur. H.*

Cant.2.5.forma masc.*Constr.* אֲשִׁישֵׁי Lagenas, *Hos.*3.1.
* אֶשְׁתַּדּוּר *Chald.* vide in שְׁדַר.

את Verbis activis subjunctum, notat Accusativum, post passiva Nominativum: ut, יֹאכַל אֶת־הַצְּבִי Comeditur caprea, *Deut.* 12. 22. & sic passim. Sic post verbum Neutrum, 2 *Sam.* 11. 25. Ante Makkaph notatur cum Sægol אֶת־: ter etiam absque Makkaph, *Ps.*47.5. *Ps.*60.2.*Prov.*3.12. Sic etiam ante Pronomina notat Accusativum, אֶתְהֶם Eos, אֶתְהֶן Eas, אֶתְכֶם Vos אֶתְכֶן Vos, fœm. Ante alia Pronomina est cum Cholem אֹתִי Me, אֹתְךָ Te, אֹתָם Eos, אֹתוֹ Eum, &c. מֵאֵת De, è, ex, *Ier.*2.*v.*37. 1 *Reg.*6.*v.*33. Et ita absolutè quandoque sumitur אֶת־הָעִיר Ex civitate, *Gen.*44.*v.*4. Sic *Exo.*9.*v.*29.1 *Reg.*18.22. Item pro Præpositione אֶל *Ad*, vel ejus vicario ל, ut אֶת־הַכֹּהֵן Sacerdoti, pro לַכֹּהֵן *Lev.*13.*v.*49. Sic *Levit.*16.*v.*15.*Iob.*26.4.1 *Reg.*6.*v.*31. Est & *Cum*: ut, אֶת־מִי Cum quo, *Ies.*40.14. *Ies.*23.17, & alibi sæpè. Hoc usu cum Affixis Pronominibus frequens est, אִתּוֹ Cum eo, אִתְּךָ Tecum, אִתִּי Mecum, אִתָּנוּ Nobiscum, &c. Hinc eleganter, מֵאִתְּךָ De tecum, id est, à te מֵאִתִּי A me, מֵאִתּוֹ ab eo, & ita deinceps. Reperias etiam אוֹתָךְ Tecum, *Ezech.*2.1.6. pro אִתָּךְ. Et sic מֵאוֹתִי A me, pro מֵאִתִּי *Ies.*54.*v.*15.

אֵת m. *Ligo*: Aff. וְאֵתוֹ Et ligonem suum, 1 *Sam.*13.20. Plural. וְלָאֵתִים Et pro ligonib. *v.*21. & cum Dagesch, לְאִתִּים In ligones, *Ies.*2.4. Aff. אִתֵּיכֶם Ligones vestros, *Ioel.*3.10.

אַתְּ, אַתְּ Vide in אני.

אָת Chald. *vide suprà in* אות.

אתה *Venit*, *Advenit*, *Accessit*, propriè Chaldaicum est, unde & ejus linguæ formam imitatur: Præterit. אָתָנוּ Accedimus, *Ier.*3.22. ex forma Quiescentium tertiâ Aleph. Partic. אֹתִיּוֹת Venientia, Ventura, *Iesa.* 44. 6. Imper. אֵתָיוּ Venite, *Ies.* 21. 12. & cum ה loco

loco א, הֵתָיו Jesa. 21. 14. Futur. וַיֵּאת Et veniet, Jesa.41.25. per Apocopam: וַיֵּתֵא Et venit, Deut.33,21. תֵּאתֶה Perveniet, Mich. 4. 8. Chald Præterit. אֲתָה Esra. 5. 3. אֲתוֹ Venerunt, Esra. 4. 12. Infinit. לְמֵתֵא Ad veniendum, Dan. 3. 2. Imperat. וְאֱתוֹ Et venite, vers. 26. Hiph. Præter. הַיְתִיו Venire fecerunt, Adduxerunt, Dan. 5. 3. Infin. לְהַיְתָיָה Ad adducendum, v. 2. Hoph. Præter. וְהֵיתָיִת Et adductus est, Daniel. 6. 18. הֵיתָיו Adducti sunt. Daniel. 3. 13. in quibus א more Chaldaico in י commutatum est.

את אות c. Signum, quod Eventurum aliquid portendit, vel aliquid in mentem vel memoriam Venire facit; vide suprà suo loco.

אָת Chald. ibidem:

אִיתוֹן m. Ingressus, Ezech.40.15. הַיאתון

אתן אָתוֹן f. Asina, Num.22.23. Aff. אֲתֹנוֹ Asinæ suæ, Gen.49.11. Plur. אֲתֹנוֹת Gen.32.15.

אַתּוּן אַתּוּנָא m. Chald. Fornax; לְגוֹא־אַתּוּן Intra fornacem, Dan. 3. 11. לְמֵזֵא לְאַתּוּנָא Succendere fornacem, vers. 19.

אֲתַר m. Chald, Locus, Dan. 2. 35. Aff. עַל אַתְרֵהּ In loco suo, Esr.5.15.

בְּאַתַר Vide in בָּתַר.

ב

בֵּאֵר Pih. Declaravit, Deut.1.5. Infin. בָּאֵר הֵיטֵב Declarando benè, Deut.27.8.

בְּאֵר f. Puteus, Claram aquam continens, Gen.16.14. Aff. בְּאֵרֶךָ Putei tui, Prov.5.15. Plur. בְּאֵרֹת Putei, Gen.26.15. 18. Et alia forma, בֶּאֱרוֹת Gen.14.10.

בֹּאר Vide in בור.

באשׁ *Putruit, Fœtuit, Exod.* 7. 18. Futur. וַיִּבְאַשׁ Et fœtuit, v. 21. Niph. Præter. נִבְאַשׁ Fœtidus factus fuit, 1 *Sam.* 13. 4. נִבְאַשְׁתָּ אֶת־אָבִיךָ Fœtidus redditus es apud patrem vel patri tuo, 2 *Sam.* 16. 21. נִבְאֲשׁוּ בְּדָוִד Fœtidi facti sunt Davidi, 2 *Sam.* 10. 6. *Hiph.* transitivè & intransitivè sumitur: Præter. הִבְאִישׁ Fœtuit, *Exod.* 16. 24. הִבְאִישׁוּ Putruerunt, *Psal.* 38. 6. הִבְאַשְׁתֶּם Fœtere fecistis, *Exod.* 5. 21. Futur. יַבְאִישׁ Fœtidum reddit, Prov. 13. 5. Hithp. *Præt.* הִתְבָּאֲשׁוּ Fœtidos reddiderunt se, 1. Paralip. 19. 6.

בְּאֹשׁ *m.* Fœtor, *Hamos* 4. 10.

בְּאַשׁ *m.* idem. Aff. בָּאְשׁוֹ Fœtor ejus, *Joel* 2. 20. בָּאְשָׁם Fœtor eorum, *Jes.* 34. 3.

בָּאְשָׁה f. *Vitium*, herba vitiosa aut fœtida frugum, *Job* 31. 40. *Ægilops.*

בְּאֻשִׁים m. p. *Labruscæ*, Uvæ fœtentes, *Jes.* 5. 2. *Omphaces. non a* באש *sed a* בשש *tardavit. H.*

בְּאֵשׁ בִּישׁ *Chald.* Malum esse vel videri, Displicere: *Præt.* שַׂגִּיא בְּאֵשׁ עֲלוֹהִי *Valdè malum fuit super eum, id est, vehementer displicuit ei, Dan.* 6. 14. *quod Aben Esra explicat,* רַע בְּעֵינָיו *Malum erat in oculis ejus, & R. Saadia* מְאֹד הֵרַע לוֹ *Valde male habuit ipsum.*

בְּאוּשְׁתָּא f. *Chald. Maligna, Pessima, Esr.* 4. 12.

בָּבָה f. *Pupilla, Const.* בְּבָבַת עֵינוֹ In pupillam oculi ipsius, *Zach.* 2. 8. Contractè כְּאִישׁוֹן בַּת־עָיִן ut nigrum pupillæ oculi, *Psal.* 17. 8. Sic בָּבָא, בָּבְתָא Pupilla, Chaldæis & Talmudicis usitatissimum. Ergo בַּת in hoc usu non est Filia, ut multi putant.

בַּג masc. *Cibus*, & conjungitur semper cum voce פַּת *Portio, Buccella*, ac si unam cum ea constituat dictionem: Kimchi tamen scribit ut duas: *Constructum,* בְּפַתְבַּג הַמֶּלֶךְ In portione cibi Regis, *Dan.* 1. 8. 13. Aff. פַּתְבָּגָם Portionem cibi eorum, vers. 16. פַּתְבָּגוֹ Portionem cibi ejus, *Dan.* 11. 26. לְבַג Vide in בּוּז.

בָּגַד *Prævaricatus fuit, Perfidè egit*. Construitur absolutè sæpiùs cum Præpos. ב & מִן, quasi perfidè agere in, vel contra aliquem, aut Perfidia desciscere ab aliquo. Præterit. בָּגַדְתָּ בָּהּ Perfidè agis in eam, *Mal.* 2. 14. Particip. בֹּגֵד Perfidè agens, Perfidiosus: fœmininum, בֹּגֵדָה Perfida.

בֶּגֶד m. *Perfidia*, *Jes.* 24. 15. *Jerem.* 12. 1. item *Vestimentum*, fortè quòd sit primæ hominis contra Deum Perfidiæ tegumentum & testimonium, cùm antea homo nudus fuerit, & tum est generis communis. Masculinum, *Levit.* 13. 47. Fœm. *Levit.* 7. 27. Aff. בִּגְדוֹ Vestimentum suum, 2 *Reg.* 9. 13. Plur. mascul. בְּגָדִים *Levit.* 6. 11. Constr. בִּגְדֵי *Gen.* 27. 15. Aff. בְּגָדֶיךָ Vestimenta tua, 2 *Reg.* 5. 8. fœmin. cum Affix. כָּל־בִּגְדֹתֶיךָ Omnia vestimenta tua, *Psal.* 45. 9.

בָּגוֹדָה f. *Perfida*, *Jer.* 3. 7. cum Kametz ab initio, loco Scheva.

בֹּגְדוֹת f. p. *Perfidiæ*, אַנְשֵׁי בֹּגְדוֹת Viri perfidiarum, id est, perfidi, *Soph.* 3. 4. בַּד. *Linum eximium et compre=hendit* שֵׁשׁ *et* בּוּץ. *H.*

בַּד *Linum, Lineum*, *Exod.* 28. 42. Plur. בַּדִּים Linea, *Ezech.* 9. 2. item *Vectes*, Exod. 27. 6. *Rami*, *Ezech.* 17. 6. & 19. 14. *Membra*, *Job* 41. 3. Constructum, בַּדֵּי Vectes, *Exod.* 27. 6. Aff. בַּדָּיו Vectes ejus, id est, Artus, vel ossa ejus, quæ ceu vectes corpori inhærent, *Job* 18. 13. Alias significationes vide in duabus seqq. Radicibus.

בָּדָא *Effinxit, Mentitus, Commentus fuit*, 1 *Reg.* 12. 38. Partic. cum Aff. בּוֹדָאם Effingis ea, *Nehem.* 6. 8. pro בֹּדְאָם.

בַּדִּים m. p. *Mendacia, Mendaces*, *Jes.* 44. 25. per quos illic intelliguntur, חוֹזֵי בַכּוֹכָבִים Inspicientes astra, Astrologi, juxta R. Sol. & sic intelligas, *Jer.* 50. 36. R. David ibi: וּקְרָאָם בַּדִּים לְפִי שֶׁהֵם כּוֹזְבִים בְּמִשְׁפַּט הַמַּזָּלוֹת לְפְעָמִים: Aff. בַּדֶּיךָ Mendacia tua, *Job* 11. 3. בַּדָּיו Mendacia ejus, *Jesa.* 16. 6. & sic *Jer.* 48. 30. א eliso.

בדד
בַּדִּים *Sunt Rami robusti quaquaver=sum sparsi et separati. H. et Palmites robustiores.*

בדד *Solitarius fuit, Solitarium egit*: Particip. בּוֹדֵד Solitarius existens, *Jes.*14.31. בּוֹדֵד לוֹ Solitarius sibi, *Hos.* 8. 9.

בָּדָד m. *Solus*, sed sumitur semper adverbialiter, *Seorsum*, *Solitarie*, unde masculinis & fœmininis jungitur, tam per se, quàm cum ל ab initio: ut, יֵשֵׁב בָּדָד Desidet solilitariè, id est, Solitarius, *Thren.*3.28. Et fœm. יָשְׁבָה בָדָד Desidet solitariè, hoc est, solitaria, *Thren.*1.1. Et numero plur. בָּדָד יִשְׁכֹּנוּ Solitariè habitabunt, *Jer.*49.31. Et cum prosthesi ל, לְבָדָד Solitariè, *Mich.*7.14.

בַּד *Solus*; בַּד בְּבַד יִהְיֶה Solum cum solo esto. *Exod.*30.34. id est, Unumquodque solum vel seorsum esto, ut Ab. Esra explicat. Cum prosthesi ל adverbiascit.

לְבַד *Seorsum*, *Zach.*12.12. Sequente Præpositione מִן est *Præterit.* לְבַד מִן הַשַּׂהֲרֹנִים Præter lunulas, *Judic.*8.26. לְבַד מִשָּׂרֵי Præter principes, 1 *Reg.*5.16. vel ei præfixa: ut מִלְּבַד נְשֵׁי Præter uxores, *Gen.* 46. 26. Cum Aff. est, *Solus*, לְבַדִּי Solus ego, לְבַדְּךָ Solus tu, לְבַדּוֹ Solus ipse, לְבַדְּכֶם Soli vos, &c.

בדל *Hiph.* הִבְדִּיל *Separavit*, *Disparavit*, *Distinxit*, *Distinctionem fecit*, *Discrevit*. Præt. הִבְדִּיל Separavit, *Num.*16.9.&c. *Hoph.* Part. præt. sive Pahul הַמִּבְדָּלוֹת Separatæ, *Jes.*16.9. pro מֻבְדָּלוֹת, juxta R. Sol. Et Kimchi in Com. inquit, Chirek esse loco Schurek, quod scil. cum Kametz chatuph in ea conjugatione permutatur. *Niph.* נִבְדַּל *Separari*, *Separare se*: Præt. נִבְדְּלוּ Separaverunt se, *Esr.*9.1. Part. הַנִּבְדָּל Separatus, *Esr.*6.21.

בְּדַל m. *Segmentum*, *Particula separata*: בְּדַל אֹזֶן Particulam auris, *Amos* 3. 12.

בְּדִיל m. *Stannum*, *Ezech.*27.12. Plur. cum Affix. בְּדִילָיִךְ Stanna tua, *Jes.*1.25.

בְּדֹלַח m. *Bdellion*, *Gen.* 2.12. *Num.* 11. 7. juxta quosdam ligni vel arboris nomen, de qua Plinius *l.*12.*c.*9.& Dioscorides *l.*1. Bdolchon, & corruptè Bolchon appellat.

Hebræi

Hebræi communiter *Crystallum* explicant, ut R. Sol. in lib. Num. & Kimchi *Jes.*3.19.

בדק *Inquisivit, Rimatus, Scrutatus est*, Infin. לִבְדּוֹק יְלַחֲזֵק הַבַּיִת Ad scrutandum & restaurandum domum, 2 *Par.*34.10.

בֶּדֶק m. *Rima, Fissura, Ruptura*, 2 *Reg.*12.6. Aff. מַחֲזִיקֵי בִּדְקֵךְ Restaurantes rupturam tuam, *Ezech.*27.9.

בדר *Chald. in Pahel*, Sparsit. Dispersit: *Imp.* וּבַדַּרוּ *Et spargite, Dan.* 4. 11. Ex Hebræo בָּזַר, commutato ז in ד.

בהו בֹּהוּ m. *Inanitas, Res Inanis, Gen.* 1. 2. אַבְנֵי בֹהוּ Perpendicula inanitatis sive inania, *Jesa.* 34. 11.

בהט בַּהַט m. *Porphyrites*, marmoris species rubens, *Est.*1.4. Variant interpretes.

בהל *Niph.* נִבְהַל *Turbari, Conturbari, Perturbari, Terreri:* Præter. כִּי נִבְהַל Quòd perturbatus esset, 1 *Sam.*28.21. *Pih.* בִּהֵל *Terruit, Turbavit, Conturbavit, Perturbavit: Acceleravit, Festinavit*, quòd celeritas plerunque Turbulenta est: Particip. מְבַהֲלִים Turbabant, *Esr.* 4. 4. quod scribitur מְבַלְהִים transpositis literis, ut Nomen simile, *Jes.*17.14. Infin. לְבַהֲלֵנִי Accelerare me, ut accelerarem, 2*Par.*35.21. *Chald. Futur.* יְבַהֲלֻנַּנִי *Conturbabunt me, Dan.*4.2. יְבַהֲלֻנֵּהּ *Conturbassent eum, v.* 16. יְבַהֲלָךְ *Perturbet te, ibid. Pyh.* Par. מְבֹהֶלֶת Accelerata, *Proverb.*20.21. *Hiph.* Præt. הִבְהִילָנִי Perturbat me, *Job.*23.16. Fut. וַיַּבְהִלוּ Et accelerarunt, *Esth.*6.14. וַיַּבְהִילוּהוּ מִשָּׁם Et festinare fecerunt eum inde, id est, deturbaverunt, 2 *Paral.*26.20. *Hithp. Chald.* מִתְבְּהַל *Conturbatus, Dan.*5.9:

בֶּהָלָה f. *Conturbatio, Terror, Lev.*26.16. Plur. בֶּהָלוֹת Terrores, *Jer.*15.8. Hinc per metathesin בַּלָּהָה *Jesa.*17.14. Plur. בַּלָּהוֹת, & Constr. בַּלְהוֹת, *Job.*24.17.

בְּהִילוּ *fœm. Chald.* Celeritas, *per Apocopam literæ Thau unde* בִּבְהִילוּ *Cum celeritate, id est, Celeriter, Esr.*4.23.

הִתְבְּהָלָה *Chald.* idem: *Dan.* 2. 25. *& cum* א *in fine,* בְּהִתְבְּהָלָא *Dan.*6.20.

בהם בְּהֵמָה, בְּהֶמַת c. *Bestia, Pecus, Iumentum*: collectivum est, utriusque sexus, *Gen.*7.2. ubi utroque genere usurpatur: Constr. בְּהֶמַת הָאָרֶץ Bestia terræ, *Ies.*18.6. Affix. בְּהֶמְתּוֹ Pecus suum, *Gen.*36.6. Observatum est, cum Affixis denotare pecus, quod est in hominis potestate. Plural. בְּהֵמוֹת Bestiæ, *Deut.*32.24. *Const.* בַּהֲמוֹת *Psal.*8.8. Porrò, בְּהֵמוֹת etiam singulariter capitur pro *Elephante*, propter ingentem magnitudinem, quâ instar plurium est, *Job.*40. 10. R. Levi tamen dicit, esse Bestiam specialem, sic appellatam, de qua Rabbini multa nugantur.

בהן בֹּהֶן masc. *Pollex*, tam manuum, quàm pedum, *Exod.*29.20. Plur. ex alia forma, בְּהֹנוֹת Pollices, *Iud.*1.6. quod est ut לְשֹׁנוֹת à לָשׁוֹן. Sic בָּחוֹן.

בהק בֹּהַק *m. Pustula lucida, aut Vitiligo, Lev.* 13. 39. *Chald.* בְּהַקָא à בְּהַק Lucidum, Clarum esse, unde מַבְהִקִין Pellucent, 2 *Sam.*22.13. בָּהִיק Lucens, illustris, splendidus, *Can.*7.3: בָּהִיקִין splendentes. *Can.* 1. 11.

בהר בָּהִיר m. *Nitidus, Splendidus, Candidus, Iob.*37.21.

בַּהֶרֶת f. *Papula alba, Lev.*13.2. Plur. בֶּהָרוֹת, *v.*38. quod est à singul. בְּהָרָה formæ בַּקָּשָׁה dagesch per sægol, ut aliâs, compensato.

בוא *Venit, Advenit, Pervenit*: *Ingressus*, Congressus est; quod verecundè de congressu maritali dicitur *Ivit, Abivit*, nempe aliquò: *Occubuit*, de Sole, quod terram & oceanum Subire videatur, *Genes.* 28. 11. quomodo & *Exire* vel *Prodire* dicitur, cùm oritur, *Gen.* 19.23. Præter. בָּנוּ Venimus, 1 *Sam.*25.8. pro בָּאנוּ ubi Masorethæ notant, novies in hoc Verbo Aleph deficere, & loca enumerant, *Ier.*39.16. Fut. cum ה par agogico præter morem, וְתָבוֹאָה Et adveniat, *Iesa.* 5. 19. & inde

inde תָּבוֹאתָה Veniat, Deut. 33. 16. Vide Thes. nostrum Grammaticum cap. 30. ad Futurum, *Hiph.* הֵבִיא *Venire fecit, Adduxit, Introduxit, Intulit, Attulit, Obtulit : Præter.* וְהֵבֵאתִי הַשֶּׁמֶשׁ *Et occumbere faciam, efficiam ut occidat Sol, Amos* 8. 9. Particip. absque Aleph, מֵבִי Adduco, 1 *Reg.* 21.21. *Hoph.* הוּבָא Allatus, Illatus, Adductus fuit : Præt. הוּבָאתָה Adductus fuisti, *Ezech.*40.4. cum ה paragogico.

בא *Ingressus, Introitus :* מִבָּא Ab ingressu, 2 *Reg.* 23.11. & cum Affix. וּבוֹאֶךָ Et introitum tuum, *Psal.* 121.8. Est Infinitivus.

בִּיאָה f. idem : בְּבִאָה In introitu, *Ezech* 8.5.

מָבוֹא m. *Aditus, Ingressus, Introitus : Occasus*, de Sole : Constr. מְבוֹא Occasus, *Zach.*1.7. Aff. עַד־מְבֹאוֹ Usque ad occasum ejus, *Psal.* 50.1. Plur. Constr. כִּמְבוֹאֵי עִיר Sicut per ingressus civitatis, *Ezech.* 26.10. Plur. Fœm. מְבוֹאֹת Aditus, *Ezech.* 27.3.

מוֹבָא m. idem: cum Aff. מְבוֹאֶךָ Ingressum tuum, 2 *Sam.* 3. 25. quod legendum מוֹבָאֶךָ, ו & ב transpositis, juxta Masorethas : Plural. cum Affixis וּמוֹבָאָיו Et aditus ejus, *Ezech.* 43. 11.

✗ תְּבוּאָה f. *Proventus, Reditus*, propriè Venturus : nam præteriti anni dicitur עָבוּר, ut est in עָבַר : Constructum אֶת־תְּבוּאַת Proventum, *Lev.* 23.39. Aff. תְּבוּאָתוֹ Proventum suum, *Lev.*19.25. Plur. תְּבוּאֹת, *Lev.*25.16. Aff. מִתְּבוּאֹתֵיכֶם Ex proventibus vestris, *Jer.* 12.13.

בוב Partic. *Niph.* נָבוּב *Vacuus, Evacuatus, Job* 11.12. & Schurek est loco Cholem, scribit Kimchi in libro Radicum : Constructum, נְבוּב לֻחֹת Vacuum, Cavum tabularum, *Exod.* 27. 8. id est, concavum ex tabulis. ביב Locus excavatus, Fossa apud Rab.

בּוּז *Sprevit, Contempsit :* Præterit. בַּז Spreverit, Zach. 4. 10. cum Pathach loco Kametz : בָּזוּ Spernunt, *Prov.* 1. 7. Partic. præter. לַפִּיד בּוּז Fax contempta, *Job* 12.5.

בוז

תְּבוּאָה *Fructus qui ex Agro vel Vineâ in Horreum aut Cellam vinariam intrat. H*

בוּז m. *Contemptus, Despectio, Psal.* 31. 19. fœmin. בּוּזָה Despectio, *Nehem.* 4. 4.

בוך *Niph.* נָבוֹךְ *Perplexum, Implexum esse :* Præt. נָבֹכוּ Perplexa sunt, *Joel* 1. 18. fœm. נָבוֹכָה Perplexa erat, *Esth.*3.15. Partic. Plurale, נְבֻכִים Perplexi, *Exod.* 14.3. cum Schurek sive Kibutz loco Cholem.

מְבוּכָה f. *Perplexitas, Jes.* 22.5. Aff. מְבוּכָתָם Perplexitas istorum, *Mich.*7.4.

בּוּל m. *Bul,* nomen mensis octavi, id est, *Octobris,* 1 *Reg.* 6.38. Scaliger Sidoniorum & Tyriorum vocabulum esse existimat. Hebræi diversas etymologias afferunt: videantur Kimchi & R. Sal. in Com. Chaldæus respexit ad יבל, Adducere, unde vertit, *In mense collectionis fructuum.* Proventus. H. X

בִּין *Intellexit:* Præt. בַּנְתָּה Intelligis, *Psal.* 139.2. Particip. מְבָנִים ab intelligentibus vel prudentibus, *Jer.* 49.7. *Niph.* Præter. נְבוּנוֹתִי Prudentiâ instructus sum, *Jes.* 10.13. Particip. נָבוֹן Intelligens, Prudens, *Gen.* 41.33. Construct. וּנְבוֹן דָּבָר Et intelligens rerum, 1 *Sam.* 16. 18. Plur. נְבוֹנִים Prudentes, *Jes.*5.21. Aff. נְבוֹנָיו Prudentum ejus, *Jesa.*29.14. *Pih.* Futur. יְבוֹנְנֵהוּ Prudentem reddidit eum, Erudivit eum, *Deut.*32.10. *Hiph.* הֵבִין *Intelligere fecit, Intelligentem, Prudentem effecit vel reddidit, Erudivit,* item intransitivè *Intellexit, Percepit, Sensit, Consideravit, Animadvertit, Advertit :* Præterit. בִּינֹתִי בַּסְּפָרִים Considerabam vel studebam in libris, *Dan.*9.2. per defectum ה characteristici. Sic in Imperativo, וּבִין Et considera, *Dan.* 9.23. & cum ה paragogico, בִּינָה Considera, *Psal.* 5.2. Plur. בִּינוּ Animadvertite, *Psal.* 94. 8. *Hithp.* הִתְבּוֹנֵן Intellexit, & cæt. intransitivè, ut modò : Futur. תִּתְבּוֹנְנוּ בָהּ בִּינָה Animadvertetis eam intelligentiâ id est, certissimè intelligetis, *Jer.* 23.20.

בִּין vide infrà suo loco.

בִּינָה

לְבוּל עֵץ אֶסְגּוֹד Ante Truncum Ligni procidam? Isa: 44.19. X

בִּינָה f. *Intelligentia, Prudentia, Animadversio* : Construct. בִּינַת אָדָם Intelligentia hominis, *Prov.* 30.2. Affixum. הֲמִבִּינָתְךָ Num ex intelligentia tua, *Job* 39. 29. Plural. עַם בִּינוֹת Populus intelligentiarum, id est, intelligentissimus, *Jesa.* 27.11. Chald. בִּינָה Intelligentia, *Dan.* 2.21.

תְּבוּנָה f. idem : Aff. לִתְבוּנָתוֹ Intelligentiæ ejus, *Psal.* 147.5. בִּתְבוּנָם Pro intellectu suo, *Hos.* 13. 2. quod contractum est, pro בִּתְבוּנָתָם vide simile in גָּלַל inter Nomina : Plural. תְּבוּנוֹת Prudentiæ, Intelligentiæ, *Jesa.* 40. 14. Affix. עַד־תְּבוּנוֹתֵיכֶם Usque ad intelligentias vestras, sive sensa uestra, *Job* 32.11.

בּוּס *Calcavit, Conculcavit, Proculcavit* : Futur. וָאָבוּס Et calcavi, *Jes.* 63. 6. *Pih.* Præt. בּוֹסְסוּ Conculcant, *Jes.* 63.18. *Jer.* 12.10. *Hoph.* Particip. מוּבָס Proculcatum, *Jes.* 14.19. *Hithp.* Partic. fœm. מִתְבּוֹסֶסֶת Conculcandam præbens te, *Ezech.* 16.6.

בּוֹס m. *Conculcans*, Nomen participiale transitivum, ut Kimchi notat in lib. Rad. unde Plur. בּוֹסִים Conculcantes, *Zach.* 10.5.

מְבוּסָה f. *Conculcatio*, *Jes.* 22.5.

תְּבוּסָה f. *idem* : construct. תְּבוּסַת אֲחַזְיָהוּ Proculcatio Achasiæ, 2 Par. 22.7.

בּוּץ m. *Byssus, Byssinum*, 1 Par. 15.27. בִּיץ vide in בצץ.

בּוּק מְבוּקָה, בּוּקָה f. *Vacuitas, Evacuatio*, *Nah.* 2.10. Reliqua quæ hinc esse possint, vide in בָּקַק.

בּוֹר *Fovea*, *Exod.* 21. 33. *Cisterna* aquarum collectarum, 2 *Reg.* 18.31. *Carcer*, propriè subterraneus, *Jesa* 38.8. *Sepulchrum*, *Psal.* 28.1. Hebræi notant, propriè esse cisternam rotundam, & inde latiùs extenditur. Interdum scribitur cum א in medio, מִבֹּאר De cisterna, 2 *Sam.* 23.15.20. Plur. בֹּרוֹת Cisternæ, *Deut.* 6. 11. & בֹּארוֹת *Jer.* 2.13.

בּוֹשׁ *Erubescere, Pudeferi, Pudore suffundi, Pudere*: In Futur. אֵבוֹשׁ, & cum ה paragogico, אֵבוֹשָׁה Erubescam, *Psal.* 25. 2. formâ hinc & à יָבֵשׁ. Pih. בּשֵּׁשׁ vide in בָּשַׁשׁ. *Hiph* הֵבִישׁ vel הוֹבִישׁ, forma rursus à יָבֵשׁ mutuatâ, *Pudefecit*: Pudenda commisit, ut *Hos.* 2. 5. *Jer.* 48.20. הֱבִישׁוֹתָ Pudefecisti, *Psalm.* 44. 8. & הֹבַשְׁתָּ, 2 *Sam.* 19. 5 Hithp. Futur. יִתְבֹּשָׁשׁוּ Erubescent, *Gen.* 2. 25. ✗ הִבְאִישׁ Præt: Hiph: cum א Epenth: Jsa: 30. 5.

בּשׁ Vide infrà in בָּשַׁשׁ.

בּוּשָׁה f. *Pudor*, *Mich.* 7. 10.

בָּשְׁנָה f. idem, *Hos.* 10. 6. cum נ epenthetico, speciali & inusitatâ formâ.

בֹּשֶׁת f. idem, *Psal.* 35. 26. item *Pudendum idolum*, *Jerem.* 3. 19. & 11. 13. & *Hos.* 9. 10. Aff. וּבָשְׁתִּי Et pudorem meum, *Psal.* 69. 20. בָּשְׁתְּכֶם Pudor vester. *Jes* 61. 7.

מְבוּשׁ m. *Pudendum*: Plur. cum Affix. מְבֻשָׁיו Pudenda eius, *Deut.* 25. 11.

* בָּזָא unde Præter. בָּזְאוּ, quid vide in בָּזַז.

בָּזָה *Sprevit, Contempsit, Despexit*; Præter בָּזִיתָ Sprevisti, 2 *Sam.* 12. 9. Infinit. לִבְזֹה נֶפֶשׁ Ad contemnere anima, *Jes.* 49. 7. per enallagen, pro לִבְזֻיֵּה Ad *eum quem* contemnit anima cujusque, id est, quisque: sic mox sequitur, לִמְתָעֵב גּוֹי Ad *eum quem* abominatur gens. Alii ad populum Israeliticum, alii ad Christum Messiam referunt. *Niph.* Partic. נִבְזֶה Despectus, Contemptus, *Jes.* 53. 3. Plur. נִבְזִים Contempti, *Mal.* 2. 9. *Hiph.* Infin. לְהַבְזוֹת Ut spretos reddant, *Est.* 1. 17.

בִּזָּיוֹן m. *Contemptus*, *Est.* 1. 18.

נְמִבְזָה f. *Contemptibilis*, 1 *Sam.* 15. 9. pro נִבְזָה per epenthesin literæ מ, vel est compositum ex מְבֻזָּה & נִבְזָה.

נְבִזְבָּה, נְבִזְבָּה f. Chald. *Honorarium, Præmium Largitio*, profusior propriè, *Dan* 2. 6. Plur. cum Aff. וּנְבִזְבְּיָתָךְ Et honoraria tua, *Dan.* 5. 17. Sic in Targum מַתְּנָן וּנְבִזְבַּן

Dona

Dona & honoraria, *Jer.* 40.5. Videtur hinc esse ut præcedens: nam largitiones profusiores sunt quidam Despectus bonorum. Inde Rabbinis בִּזְבֵּז *Profundere; Prodigere facultates suas.* Et apud Rabbinos פְּלִיג לְהוֹן חוּלְקִין וּבִזְבּוּזִין וּמַתָּנָן Distribuit illis portiones, largitiones & munera.

בָּזַז *Prædatus, Deprædatus est, Diripuit,* *Ezech.* 29. 19. Præterit. irregulare, בָּזְזוּ Diripiunt, *Jesa.* 18. 2. pro בָּזְזוּ. *Niph.* Præter. וְנָבוֹזּוּ Et diripientur, *Amos* 3. 11. Infin. cum Futuro, הִבּוֹז תִּבּוֹז Diripiendo diripietur, *Jesa.* 24. 3. *Pyh.* Præterit. וּבֻזָּזוּ Ut diripiantur, *Jer.* 50. 37.

בַּז m. *Præda, Jer.* 10.6. hinc לְבַג In prædam, *Ezec.* 25.7. quod Masorethæ notant legendum לְבַז per commutationem Gimel & Sajin. Sic alibi גֵּה pro זֶה. Rabbini id referunt ad commutationem literarum cabalisticam אטבח, de qua vide Abbreviaturas nostras. Aff. בִּזָּהּ Prædam ejus, *Ezech.* 29. 9.

בִּזָּה f. *Præda, Direptio, Neh.* 4. 4. *Esth.* 9. 10.

בָּזָק m. *Fulgur, Ezech.* 1. 14. idem quod בָּרָק, quod præcedit, commutatis ז & ר, ut Latinis in *Honos* & *Honor.* Est autem בָּזַק *Dispergere,* apud Rabbinos, unde quidam reddunt, *Fulgur dispergens,* hoc est, vehementissimum.

בָּזַר *Sparsit, Dispersit, Dissipavit*: Futur. יִבְזוֹר Disperget, *Daniel.* 11. 24. *Pih.* Præterit. בִּזַּר Dissipavit, *Psal.* 68. 31. Convenit cum פִּזַּר.

בָּחַל *Fastidivit, Aspernatus, Aversatus est*; Præt. fœm. בָּחֲלָה *Zach.* 11. 8. Apud Rabbinos est Maturescere, Excrescere vel coqui ad maturitatem. בּוֹחַל Fructus maturus. מְבֹחֶלֶת *Avaritiâ parta. Prov.* 20. 21.

בָּחַן *Probavit, Exploravit*; Præterit. בְּחָנַנִי Probavit me, *Job.* 23. 10. *Niph.* Futur. יִבָּחֵן Probetur, *Job.* 34. 36.

בֹּחַן m. *Probatio*; *Munitio*, *Ezech*.21.18. *Jes*.28.16.

בַּחַן idem, *Jes*.32.14.

בָּחוּן m. *Specula exploratoria*, vel juxta quosdam, *Turris munita*, *Ier*.6. 27. Plur. cum Schurek & Aff. בַּחוּנָיו speculas ejus, *Ies*.23.13. à sing. בַּחוּן formæ תַּנּוּר.

בָּחַר *Elegit*, *Selegit*: ferè cum Præpositione ב construitur. Præter. בְּךָ בָּחַר Te selegit, *Deut*.7.6.*Niph*. Præt. וְנִבְחַר Et eligetur, electa erit, *Ier*. 8. 3. Partic. נִבְחָר Selectum, Lectissimum, *Prov*.8.10.*Pyh*. Fut. יְבֻחַר Eligetur, *Eccl*. 9. 4. ubi juxta Masorethas legendum יְחֻבַּר *Associabitur*.

בָּחוּר m. *Lectus*, *Electus*: item, *Iuvenis*, quasi ad omnes operas Selectus, *Ezech*. 9. 6. Plur. constr. בַּחוּרֵי יִשְׂרָאֵל Juvenum Israelis, 1 *Sam*. 26.2. Et plurale alterius formæ בַּחוּרִים *Psal*. 148. 12. à sing. בַּחוּר formæ תַּנּוּר ex Dagessatis: sic quoque juxta quosdam, *Ies*.42.22.*Const*. בַּחוּרֵי Juvenes, *Ezech*.23.6. Aff. בַּחוּרֵיהֶם Juvenes eorum, 2 *Par*. 36. 17.

בְּחוּרִים m. p. *Iuventus*, quasi ætas Selecta: Aff. מִבְּחֻרָיו A juventute sua, *Num*. 11. 28.

בְּחֻרוֹת f. p. idem: Aff. בִּימֵי בְּחוּרוֹתֶיךָ In diebus juventutis tuæ, *Eccles*. 12. 1.

בָּחִיר m. *Electus*: Constr. בְּחִיר, 2 *Sam*. 21. 6. Aff. בְּחִירִי Electus meus, *Jes*.42.1. Plur. cum Aff. בְּחִירָיו Electi ejus, *Psal*. 105. 6.

מִבְחוֹר m. *Delectus*; *Selectum*, *Lectissimum*, 2 *Regum* 3.19.

מִבְחָר m. idem: Constr. מִבְחַר בַּחוּרָיו Selectissimum Juvenum ejus, *Jer*. 48. 15. Plur. cum Aff. מִבְחָרָיו Delectuum ejus. *Dan*. 11. 15.

בָּטָא *Pronunciavit*, *Effutivit*: Partic. בּוֹטֶה Effutiens, *Prov*. 12.18. ex forma Quiescentium tertiâ ה: *Pih*. Infinit. לְבַטֵּא Effutiendo, & Futur. יְבַטֵּא Effutit, *Levit*. 5. 4.

מִבְטָא m. *Pronunciatum, Prolatio : Num.*30.7.

בָּטַח *Fisus est, Confisus est, Fiduciam posuit* Construitur cum præpositione ב, אֶל & עַל, sæpè etiam absolutè ponitur. Partic. Præter. בָּטוּחַ Confisus, Fretus, *Jes.*26.3. *Psal.*112.7. *Hiph.* Præter. הִבְטַחְתָּ Fecisti ut fiduciam poneret, *Jer.* 28. 15. Partic. מַבְטִיחִי Confidere faciens me, *Psal.*22.10. Futur. יַבְטַח Confidere faciat, 2 *Reg.* 18. 30.

בֶּטַח m. *Fiducia, Securitas, Confidentia, Securè, Confidenter : Levit.* 25. 18.

בִּטָּחוֹן m. *Fiducia, Eccles.* 9. 4.

בִּטְחָה f. idem : וּבְבִטְחָה Et in fiducia, *Jes.*30.15.

בַּטֻּחָה f. idem : Plur. וּבַטֻּחוֹת Et securitates, *Job.* 12.6. Vide etiam טוּחַ.

מִבְטָח idem : מִבְטַח כָּל־קַצְוֵי אֶרֶץ Fiducia omnibus extremitatibus terræ, *Psal.* 65.6. Aff. מִבְטַחוֹ Fiducia ejus, *Jer.*17.7. cum pathach ex forma מִבְטַח, cujus formæ plura sunt, ut מִשְׁגָּב מִשְׁעָן, & similia. מִבְטֶחָה Fiduciæ ejus, *Pro.*21.22. ubi deest Mappik in He: מִבְטֶחָם Fiducia eorum, *Jer.*48.13. quæ duo habent Sægol loco Kametz, euphoniæ causâ sequente alio Kametz: Plural. מִבְטָחִים Securitates, *Jes.*32.18. Aff. בְּמִבְטַחַיִךְ Fiducias tuas, *Jer.*2.37.

אֲבַטִּחִים m. p. *Pepones, Num.*11.5. Ab. Esra scribit, ex lingua Arabica esse notum vocabulum. Majemon in libro Talmudico *Trumoth, cap.* 8. scribit אבטיחין בערבי בטיך ובלעז מלוני: id est, Abbattichin, Arabicè *Battich*, vulgò *Melone*. Ergo א erit servile.

בָּטֵל *Cessavit, Intermisit, Intermissum, Impeditum fuit:* Præt. וּבָטְלוּ Et intermittent, *Eccles.*12.3. *Chald. Præterit. fæmin.* בְּטֵלַת *Impeditum fuit, Esra.* 4.24. *Partic. præsens fæm.* בָּטְלָא *Impeditum mansit, ibid. Pah. Præt.* בַּטִּלוּ *Cessare fecerunt, Impediverunt, Esr.* 4. 23. *Infinit.* לְבַטָּלָא *Ad impediendum, v.* 21.

בטן בֶּטֶן f. *Venter*, *Uterus*, *Num.* 5. 22. metaphoricè *Prominentia*, *Projectura*, 1 *Reg.* 7. 20. Affix. בִּטְנִי Ventris mei, *Job.* 19. 17.

בָּטְנִים m. p. *Nuces Terebinthinæ*, *Gen.* 43. 11. quidam nuces *Avellanas* explicant. *Pistacia. H.*

בִּי *ô*, *Ah*, *Quæsò*, *Obsecrò*; particula obsecrandi juxta Hebræos, *Gen.* 43. 20. *Exod.* 4. 10.

בין *Inter*; interdum habet naturam Nominis, quasi *Medium* vel *Medietatem* dicas: בְּבֵין In inter, In Medio, *Jes.* 44. 4. Ubi Veneta magna habent בְּבֵן absque ׳: Aff. בֵּינוֹ Inter eum: בֵּינִי וּבֵינֶךָ Inter me & inter te, *Gen.* 16. 15. בֵּינִי וּבֵינֶךָ 1 *Sam.* 20. 23. בֵּינֵינוּ Inter nos, בֵּינֵיכֶם Inter vos; quorum quædam habent formam pluralem masculinam. Sic fœmininâ terminatione אֶל־בֵּינוֹת לַגַּלְגַּל Ad intermedietates orbium, id est, In medium vel Intervallum, *Ezech.* 10. 2. מִבֵּנוֹת לַכְּרֻבִים E medietatibus, è medio, ex intervallo Cherubinorum, ibid. בֵּינוֹתָם Inter eos, *Gen.* 42. 23. בֵּינוֹתֵינוּ Inter nos, *Gen.* 26. 28. Et formâ duali, absque ׳ in medio אִישׁ הַבֵּנַיִם Vir medietatum, 1 *Sam.* 17. 4. id est, Intermedius, interponens se inter duo castra, duello pugnam transacturus. Huc quidam referunt לַבֵּן *Ad medianum.* scil. cantum musicum, nempe Tenorem, ut vulgò vocant, *Psal.* 9. 1. de quo vide etiam in עָלַם *Chald.* בֵּין *Inter. Dan.* 7. 5. בֵּינֵיהֵן *Inter ea*, *v.* 8.

ביץ בֵּיצָה f. *Ovum*, apud Rabbinos: Plur. בֵּיצִים Ova, *Deuter.* 22. 6. Const. בֵּיצֵי *Jes.* 59. 5. Affix. מִבֵּיצֵיהֶם Ex ovis eorum, ibid.

ביר בַּיִר m. *Puteus*, *Jer.* 6. 7. ubi scribitur בַּיִר quasi sit בור, sed Masorethæ notarunt legendum בַּיִר.

בִּירָה f. *Regia*, *Palatium*, *Castrum*, 1 *Paral.* 29. 1. *Chald.* בְּבִירְתָא In Regia, *Esr.* 6. 2.

בִּירָנִיּוֹת f. p. Palatia, Arces, Basilicæ. 2 *Par.* 17. 12.

בַּיִת m. *Domus, familia* : & generaliter *Sedes, Locus*, quo aliquid capitur vel continetur, ut *Exo.* 25. 27. 2 *Sam.* 15. 17. 1 *Reg.* 18. 32. בַּיְתָה בָּיְתָה Ad domum, In domum, versus domum, Intus : *Gen.* 43. 24. *Ezech.* 44. 17. מִבַּיִת *Intrinsecus*, *Exod.* 25. 11. & intercedente articulo, מֵהַבַּיִת idem, *Ezech.* 40. 9. Constr. בֵּית *Gen.* 24. 7. בֵּית לָהּ Intra eam, *Ezec.* 1. 27. sic מִבֵּית *Exod.* 26. 33. Aff. בֵּיתוֹ Domus ejus, בֵּיתְךָ Domus tua, בֵּיתִי Domus mea, &c. Plur. בָּתִּים *Domus, Sedes, Familiæ*, *Exod.* 1. 21. *Ædiculæ, Sacella textilia*, 1 *Reg.* 23. 7. לְבָתִּים Pro domibus, In loca vel sedes, *Exod.* 25. 27. Const. Aff. בָּתֶּיךָ Domus tuæ, *Exod.* 10. 6. Kametz ante Dagesch forte irregulare est. Fortè est propter defectum literæ Jod, vel ad differentiam בַּתִּים Bathi, scribit Ab. Esra, *Exod.* 12. 8. *Chal.* בַּיְתָא דְנָה *Domum hanc*, *Esr.* 5. 9. *Construct.* עֲבִידַת בֵּית אֱלָהָא *Opus domus Dei*, *Esr.* 4. 24. *Aff.* וּבַיְתֵהּ *Et domus ejus*, *Esr.* 3. 29. *Plur.* וּבָתֵּיכוֹן *Et domus vestræ*, *Dan.* 2. 5.

בִּיתָן m. *Palatium* : אֶל־גִּנַּת הַבִּיתָן Ad hortum palatii, *Esth.* 7. 7. Constr. בִּיתַן הַמֶּלֶךְ Palatii regis, *Esth.* 1. 5. Quidam, Hortum interiorem vertunt.

בִּית *Chald.* Pernoctavit, *Dan.* 6. 18. *pro Hebræo* לִין *sæpissimè in Targum ponitur.*

בָּכָא m. *Morus* : *Psal.* 84. 7. *Plur.* מִמּוּל בְּכָאִים Ex adverso mororum, 2 *Sam.* 5. 23.

בָּכָה *Flevit, Deflevit*: regit Accusativum, & frequenter est cum Præpositionibus אֶל, עַל & ל Præt. וּבָכוּ אֵלַיִךְ Et fleverunt ad vel propter te, Defleverunt te, *Ezech.* 27. 31. Infin. בָּכוֹ Flendo, *Jer.* 22. 10. cum ו loco ה : Futur. וַיֵּבְךְּ Et flevit, *Gen.* 27. 38. cum Apocopa tertiæ radicalis. *Niph.* Part. נְבָכִים, unde constr. עַד נִבְכֵי־יָם usque ad fluenta, fluctus vel profunda maris, *Job.* 38. 16. per metaphoram, *Pih.* Partic. fœm. מְבַכָּה Deflet, *Jer.* 31. 15. Plur. מְבַכּוֹת Deflentes, *Ez.* 8. 14.

בָּכֶה m. *Fletus*, *Esr.* 10. 1.
בְּכִי m. idem, *Jer.*9.10. Aff. בִּכְיִי Fletus mei, *Psal.* 6. 9.
בָּכוּת f. idem, *Gen.* 35. 8.
בְּכִית f. idem ; *Aff.* בְּכִיתוֹ Fletus ejus, *Gen.* 50. 4.

בכר בְּכוֹר m. *Primogenitus*, *Primogenitum*, *Gen.* 25. 13. *Deuter.* 21. 17. Aff. בְּכוֹרוֹ Primogenitus ejus, *Gen.*22. 21. Plural. Construct. בְּכוֹרֵי, *Psalm.* 135. 8. Aff. בִּבְכוֹרֵיהֶם In primogenitis illorum, *Psalm.* 136. *v.* 10. Et forma fœmin. וְאֶת־בְּכֹרוֹת Et primogenita, *Nehem.* 10. 36.
בְּכוֹרָה f. *Primogenitura*, *Jus Primogenitorum*, *Genes.* 25. 32. Aff. אֶת־בְּכֹרָתְךָ Jus tuum primogenitorum, *v.* 31.
בְּכִירָה f. *Primogenita*, *Gen.* 19. 31.
בִּכֵּר *Pih. Primogenitum proferre, efficere vel instituere, Jus primogenituræ dare :* Infin. לְבַכֵּר *Deut.* 21. 16. Futur. יְבַכֵּר Primogenita profert, *Ezech.*47.12. *Pyh.* Fut. יְבֻכַּר Primum gignetur, *Lev.*27.26. *Hiph.*Par. fœm. כְּמַבְכִּירָה Tanquam primipara, *Jer.* 4. 31.
בִּכּוּרִים m. p. *Primitiæ*, *Primitivi fructus*, *Levit.* 23. 17. Construct. בִּכּוּרֵי מַעֲשֶׂיךָ Primitiæ operum tuorum, *Exod.* 23. 16. Affix. בִּכּוּרֶיךָ Primitiarum tuarum, *Levit.* 2. 14.
בִּכּוּרָה f. *Præcox*, *Primus fructus*, *Mich.*7.1. at illud כְּבִכּוּרָהּ habet Mappik redundans, *Jes.* 28. 4. Plur. בַּכֻּרוֹת Præcocia, *Jerem.*24.2. cum Pathach, ex forma חַבּוּרָה.
בִּכְרָה f. *Dromas*, *Jerem.* 2. 23. Plural. Construct. בִּכְרֵי *Jesa.* 60. 6.

בַּל *Chald.* Cor, Animus, *quasi per transpositionem literarum ab Hebræo* לֵב *deductum, juxta Hebræos plerosque*, *Dan.* 6. 15. *Addit Aben Esra, etiam Arabice* Cor *dici* בַּל, *Kimchi in lib. Radic. scribit, juxta quosdam interpretes idem esse quod* מַחֲשָׁבָה Cogitatio, *& inde Arabice*, אגעל בלך *id est*, שִׂים מַחֲשַׁבְתְּךָ Adhibe cogitationem tuam.

בל *Non, Nequaquam,* בַּל חָלִיתִי Non ægrotavi, *Prov.* 23. *v.* 35. בַּל יֹאמְרוּ Ne dicant, *Hos.* 7. 2.

בְּלִי Non: *Sine, Præter, Absque:* עַד־בְּלִי Donec non, *Ps.* 72. *v.* 7. עַל־בְּלִי Eo quòd non, *Gen.* 31. 20. בִּבְלִי In vel per non, Absque, *Deut.* 4. 42. לִבְלִי־חֹק Ad non modum, immodicè, *Jes.* 5. 14. לִבְלִי־אֹכֶל Propter non cibum, id est, penuriâ cibi, *Job.* 38. 41. מִבְּלִי Eo quòd non, quòd nulli, *Thren.* 1. 4. מִבְּלִי לְבוּשׁ Absque veste, *Job* 24. 7. הֲמִבְּלִי־אֵין An propterea quod non ulla, id est, nulla prorsus, *Exod.* 14. 11. Pleonasmus, cui similis in בִּלְעֲדֵי.

בִּלְעֲדֵי Vide infrà in בלע.

בִּלְתִּי Idem, habétque epenthesin literæ ת: ut עַד בִּלְתִּי usq; dum non, *Job* 14. 12. בִּלְתִּי אִם Nisi, Præter. *Gen.* 47. *v.* 18. לְבִלְתִּי Ad non, quomodo frequenter cum Infinitivo construitur: מִבִּלְתִּי Propterea quòd non. Cum Affixis, בִּלְתִּי Absque me, *Jes.* 10. 4. בִּלְתֶּךָ Absque vel Præter te, 1 *Sam.* 2. 2. nec cum pluribus reperitur.

בְּלִימָה *Nihilum, Job.* 26. 7. compositum ex בְּלִי *Non,* & מָה *Quid* sive aliquid.

בְּלִיַּעַל Nequam, nullius frugis. Vide in יעל.

בלא *Chald.* Consumi, Atteri vetustate: *Pah.* בַּלֵּא *Attrivit: Futur.* יְבַלֵּא *Deteret. Dan.* 7. 25.

בְּלוֹ m. *Tributum provinciale,* Vetus & solitum, *Esr.* 4. 13. Talmudici exponunt כסף גולגלתא Tributum capitationis, in singula capita.

בלג *Hiph.* הִבְלִיג *Recreare, Confortare se.* Part. הַמַּבְלִיג Qui recreat se, *Amos* 5. 9. fœm. cum י paragogico, מַבְלִיגִיתִי Recreans, vel recreatura se, scilicet anima, *Jer.* 8. 18. juxta quosdam est nomen, *Recreatio mea,* Futurum וְאַבְלִיגָה Et recreabo me, *Job* 9. 27. & 10. 20. *Psal.* 39. 14. ✗ *Et roborabor.*

בלה *Veterascere, Vetustate teri, Atteri, Deteri:* Præter. וְלֹא־בָלוּ Non inveteraverunt, *Deut.* 29. 5. Infin. אַחֲרֵי בְלֹתִי Post veterascere me, *Genes.* 18. 12. *Pih.*

בָּלָה Consumpsit, Trivit, Detrivit: Præt. בִּלָּה בְשָׂרִי Tេrit carnem meam, *Thren.*3.4. Partic. מְבַלְּהִים vide in בהל Infin. לְבַלּוֹת Consumendo, *Psal.*49.15. Fut. יְבַלּוּ Deterent, *Jesa.* 65. 22.

בָּלֶה m. *Vetus, Tritum*: Plur. שַׂקִּים בָּלִים Saccos tritos, *Jos.* 9. 4. Fœmin. לַבָּלָה Effætæ, *Ezech.* 23. 43. Plural. נְעָלוֹת בָּלוֹת Calcei triti, *Jos.* 9. 5.

בְּלוֹיִם m. p. *Veteramenta*: Constr. בְּלוֹיֵי pro בְּלוֹיֵי *Jer.* 38. 11. & בְּלוֹאֵי *v.* 12.

בְּלִי m. Consumptio, *Ies.* 38. 17.

בַּלָּהָה f. Vide suprà in בהל. בַּל : ט בַּלֹּתִי

תַּבְלִית f. Consumptio, *Ies.* 10. 25.

תַּחֲנוּנִים m. p. *Deprecationes*, *Preces*, *Zachar.*12.10. *Constr.* תַּחֲנוּנֵי, *Jer.*3.21. *Aff.* וְאֶל תַּחֲנוּנָיו Et ad deprecationes ejus, *Dan* 9.17. *Fœmin.* בְּקוֹל תַּחֲנוּנוֹתָי Voci deprecationum mearum, *Psal.*86.6.

חָנֵף *Contaminatus*, *Profanatus fuit*, *Profanè egit*, *Profanus fuit* : & interdum activè, *Contaminavit*, *Profanavit* : *Hypocrisi uti*, *Hypocritam agere*. *Præt.* חָנֵפוּ Prophani sunt, prophanè agunt, *Jer.* 23. 11. וְהָאָרֶץ חָנְפָה Etiam ipsa terra contaminata vel prophanata est, *Jesa.* 24. 5. *Infin.* חָנוֹף תֶּחֱנַף הָאָרֶץ Contaminando contaminaretur terra ista, *Jer.* 3. 1. וַתַּחֲנִף אֶת־הָאָרֶץ Et contaminavit terram, *Jer.*3.9. *Hiph.* יַחֲנִיף אֶת־הָאָרֶץ Contaminabit terram, *Num.*35.33. יַחֲנִיף בַּחֲלַקּוֹת Contaminabit, hypocrisin exercebit blanditiis, *Dan.*11.32.

חָנֵף m. *Profanus*, *Impurus* : *Hypocrita* : כֻּלּוֹ חָנֵף Totus est hypocrita, *Jes.*9.17. *Plur.* חֲנֵפִים Hypocritæ, *Jes.*33.14. *Constr.* חַנְפֵי לֵב Hypocritæ corde, *Job.* 36. 13.

חֹנֶף m. *Hypocrisis*, *Jesa.*32.6.

חֲנֻפָּה f. *Idem*, *Jer.*23.15.

חָנַק *Pih. Strangulavit*: *Particip.* מְחַנֵּק לְלִבְאֹתָיו Strangulans leunculis suis, *Nah.* 2. 11. *Niph. Futur.* וַיֵּחָנַק Et strangulavit se, 2 *Sam.*17.23.

מַחֲנָק m. *Strangulatio*, *Job.*7.15.

חֶסֶד m. *Benignitas*, *Beneficentia*, *Beneficium*, *Misericordia*: Significat id boni, quod gratuitò fit. Item, *Probrum*, ex Chaldaicæ linguæ usu, ubi pro חֶרְפָּה poni solet : עֹשֶׂה חֶסֶד Exercens benignitatem, *Deut.* 5. *v.* 10. חֶסֶד הוּא Probrum est, *Lev.* 20. 17. וְחֶסֶד לְאֻמִּים

Et probrum nationum, *Proverb.* 14. 34. *Aff.* חַסְדּוֹ Benignitas ejus, *Psal.* 106. 1. *Plural.* קָטֹנְתִּי מִכֹּל הַחֲסָדִים Minor, id est, impar sum omnibus his beneficiis, *Genes.* 32. 10. *Constr.* זָכְרָה לְחַסְדֵי Recordare benignitatum Davidis, id est, erga Davidem, 2 *Par.* 6. 42. *Affix.* כְּרֹב חֲסָדָו Secundùm multitudinem benignitatum suarum, *Psal.* 106. 45. חַסְדּוֹ *Isa: 40. 5. Gloria ejus.*

חַסֵּד *Pih. Probro afficere*, quomodo in Targum sæpè usurpatur pro Hebræo חָרַף. Futur. פֶּן יְחַסֶּדְךָ Ne probo afficiat te, *Prov.* 25. 10. Sic Syriacè, דִּמְחַסְּדִין לְכוֹן Quum exprobraverint vobis, *Matth.* 5. 11. מֶתְחַסְּדִינַן Probris afficimur, 1. ad *Timoth.* 4. 10. *Hithp.* עִם־חָסִיד תִּתְחַסָּד Cum benigno benignum te exhibebis, *Psal.* 18. 26.

חָסִיד masc. *Benignus, Beneficus, Misericors*: Item, *Sanctus*, qui piè & sanctè vivit, si de hominibus dicatur, & erga alios Beneficus est: כִּי גָמַר חָסִיד Nam defiit beneficus, *Psal.* 12. 2. אָבַד חָסִיד Periit beneficus, *Mich.* 7. *vers.* 2. אִישׁ חָסִיד Vir benignus, misericors, *Proverbior.* 11. 17. מִגּוֹי לֹא חָסִיד A gente non benigna, id est, maligna, crudeli, immisericordi, *Psalm.* 43. 1. כִּי חָסִיד אֲנִי Nam benignus ego sum, *Jer.* 3. 12. *Aff.* לְאִישׁ חֲסִידֶךָ Viro benefico tuo, vel sancto tuo, *Deut.* 33. *vers.* 8. לֹא תִתֵּן חֲסִידְךָ Non permittes sanctum tuum, vel benignum tuum, erga quem tu benignus es, *Psalm.* 16. 10. *Plural.* בִּקְהַל חֲסִידִים In congregatione sanctorum, *Psal.* 149. 1. לֹא יַעֲזֹב אֶת־חֲסִידָיו Non derelinquet sanctos suos, *Psal.* 37. 28.

חֲסִידָה f. *Ciconia*, *Jer.* 8. 7. à Beneficientia: nam genetricum senectam ciconiæ invicem educant: colla inter avolandum imponunt præcedentibus: fessos duces ad terga recipiunt, scribit Plin. *lib.* 10. *c.* 23. *Apud Talm.* in *Cholin*, *c.* 3. *f.* 63. legitur: *Quare vocatur nomen ejus* חֲסִידָה? *Eo quòd exercet* חֲסִידוּת *beneficentiam erga socios suos, alimentum cum illis communicando*, ut Scholiastes addit.

חָסָה *Confugit, Recepit ſe* ad aliquem, ſub cujus protectione tutus ſit, ut pulli ſub alis gallinarum, Inde eſt, *Speravit, Fiſus, Confiſus eſt, Spem poſuit vel collocavit :* Conſtruitur cum Præpoſit. ב, & quandoq; תַּחַת. *Præterit.* וְחָסָה בוֹ Et ſperabit in eo, Recipiet ſe ad eum, *Pſal.* 64. 11. *Infinit.* לַחֲסוֹת תַּחַת כְּנָפָיו Ad recipiendum te ſub alas ejus, *Ruth.*2.12.

חָסוּת f. *Receptus, Refugium, Jeſ.*30.3.

מַחֲסֶה vel מַחְסֶה m. *Idem :* וּמִבְּלִי מַחְסֶה Et abſque perfugio vel obtectione, *Job.*24.8. *Conſtr.* מַחְסֵה כָזָב Receptum fallaciæ, id eſt, fallacem, *Jeſa.*28.17. *Aff.* מַחְסֵהוּ Receptus ejus, *Pſal.* 14. 6.

חָסַל *Abſumpſit, Conſumpſit : Futur.* כִּי יַחְסְלֶנּוּ Quia conſumet illud locuſta, *Deut.*28.38.

חָסִיל m. *Bruchus*, ab Abſumendo, 1 *Reg.* 8. 37.

חָסַם *Obturavit, Capiſtravit : Part.* וְחֹסֶמֶת הִיא Et obturat illa, ſcil. ora vel nares prætereuntium, *Ezech.*39.11. *Futur.* לֹא תַחְסוֹם Ne obturato os,ne capiſtrato, *Deut.*25.4.

מַחְסוֹם m. *Capiſtrum, Pſal.*39.2.

חֲסַן *Chald.* Fortis, Robuſtus fuit : *In Aph.* אַחְסֵן Apprehendit, Poſſedit. *Præterit.* הֶחֱסִנוּ *Poſſederunt, Dan.* 7. 22. *Futur.* וְיַחְסְנוּן מַלְכוּתָא *Et poſſidebunt regnum, Dan.* 7. 18.

חִסְנָא *Chald.* Robur,Potentia,*Dan.*2.37.*Aff.* בִּתְקַף חִסְנִי *Robore potentiæ meæ, Dan.*4.27.

חֲסִין m. *Robuſtus, Pſal.*89.9.

חָסוֹן m. *Idem, Amos* 2.9. *Jeſ.*1.31.

חֹסֶן m. *Robur, Jeſa.* 33. 6. Item, *Theſaurus, Opes, Facultates*, quæ Robur & firmamentum hominis ſunt, *Ezech.* 22. 25. *Proverb.* 15. 6. Hinc *Verbum* in *Niph.* unde *Futurum* לֹא יֵאָצֵר וְלֹא יֵחָסֵן Non reponetur-in-theſaurum neque recondetur, *Jeſa.* 23. *v.* 18. ſynonima.

חסף חַסְפָּא Chald. Lutum, *propriè figuli*, Argilla, Testa argillacea : מִנְּהֵין דִּי חֲסַף *Ex eis, id est, partim ex luto, Dan.* 2.3. דִּי פַרְזְלָא וְחַסְפָּא *Ex ferro & ex luto, id est, ferreos & luteos, v.* 34.

*מְחֻסְפָּס m. *Rotundum, Exod.* 16. 14. *id est,* עָגוֹל juxta Ab.Esram.

חסר *Defuit, Defecit, Destitutus fuit, Caruit, Eguit, Indiguit : Præter.* לֹא חָסַרְתָּ דָּבָר Non eguisti ullâ re, non defuit tibi quidquam, *Deut.* 2.7. חָסַרְנוּ כֹל Eguimus omnibus, *Jerem.* 44. 18. *Infinit.* הָלוֹךְ וְחָסוֹר Eundo & deficiendo, *Gen.* 8. 5. id est, magis magisque deficiebant & minuebantur. *Pih.* חִסֵּר *Destituit, Defraudavit, Minuit, Imminuit. Partic.* וּמְחַסֵּר אֶת־נַפְשִׁי מִטּוֹבָה Destituo animam meam bono, *Eccles.* 4. 8. *Futur.* וַתְּחַסְּרֵהוּ מְעַט Et deficere fecisti eum parum ab angelis, *Psal.*8. 6. i.e. minorem paulisper fecisti eum. *Hiph. Præter.* הַמַּמְעִיט לֹא הֶחְסִיר Qui minus colligebat, non eguit, *Ex.*16.18. *Futur.* וּמַשְׁקֵה צָמֵא יַחְסִיר Et potum sitientis deficere facit, id est, subtrahit, *Jesa.*32 6.

חֹסֶר m. *Inopia, Penuria, Defectus* : וְחֹסֶר לֶחֶם Et penuria panis, *Hamos* 4. 6. וּבְחֹסֶר כֹּל Et in penuria omnium rerum, *Deut.* 28. 48.

חֲסַר *Idem : Constr.* בַּחֲסַר־לֵב יָמוּתוּ Defectu animi, dementiâ moriuntur, *Prov.* 10.21. Et adjectivè, ut sequitur:

חֶסֶר m. *Idem, Job.* 30.3. כִּי חֶסֶר יְבֹאֶנּוּ Quòd inopia obveniet ei, *Prov.* 28. 22.

חָסֵר m. *Deficiens, Destitutus, Carens, Egens, Indigens* ; מָה־אַתָּה חָסֵר עִמִּי Cujus tu indigens es apud me? 1 *Reg.* 11.22. *Constr.* וַחֲסַר לָחֶם Aut carens vel indigens pane, 2 *Sam.*3.29.

חַסִּיר *Chald.* Idem : וְהִשְׁתְּכַחַתְּ חַסִּיר *Et inventus es deficiens, Dan.*5.27.

חֶסְרוֹן m. *Defectus. Eccles.* 1. 15.

מַחְסוֹר m. Egestas, *Indigentia, Penuria, Jud.* 18. v. 10.

Aff. כָּל־מַחְסוֹרְךָ עָלָי Omnis penuria tua ſit ſuper me, *Jud.* 19.20. *Plural.* וּמַחְסֹרֶיךָ כְּאִישׁ מָגֵן Et egeſtates tuæ, id eſt, maxima egeſtas tua, ut vir clypeatus, ſcil. advenit, *Prov.* 24.34.

חפה *Texit, Occultavit, Operuit: Præter.* וְחָפוּ רֹאשָׁם Et operient caput ſuum, *Jerem.* 14. 3. *Particip.* רֹאשׁ לוֹ חָפוּי Caput ipſi erat opertum, 2 *Sam.* 15.30. *Niph. Particip. fœmin.* נֶחְפָּה בַכֶּסֶף Tecta auro, *Pſal.* 68. *v.* 14. Pih. Præter. חִפָּה זָהָב Obtexit auro, 2 *Par.* 3. 9. *Futur. per Apoc.* וַיְחַף אֶת־הַבַּיִת Et obtexit domum, *v.* 7. *Et cum* א *loco tertiæ radicalis,* וַיְחַפְּאוּ Et occultarunt, 2 *Reg.* 17.9.

חפז *Trepidavit, Contremuit, Acceleravit cum tremore: Infin.* אָמַרְתִּי בְחָפְזִי Dixi in feſtinando me, id eſt, in feſtinatione mea, vel trepidatione, *Pſal.* 31.23. quâ phraſi Judæi utuntur in fine ſuarum Epiſtolarum, pro eo quod latinè dicimus, Scripſi raptim. *Futur.* וְאַל־תַּחְפְּזוּ Neque trepidate, *Deut.* 20. 3. *Niph. Præter.* נִבְהֲלוּ נֶחְפָּזוּ Conturbati ſunt, trepidarunt, *Pſ.* 48.6. Part. נֶחְפָּז לָלֶכֶת Acceleratus ad eundum, 1 *Sam.* 23.26. i.e. Accelerabat, abitum. *Fut.* יֵחָפֵזוּן Trepidè ſurripuerunt ſe, *Pſal.* 104.7.

חִפָּזוֹן m. *Feſtinatio, Exod.* 12.11.

חפן חֹפֶן m. *Pugillus, Pugnus. Duale,* מְלֹא חָפְנַיִם Præ plenitudine utriuſque pugni, *Eccl.* 4.6. *Conſtr.* אֶל־חָפְנֵי In pugnos, *Ezech.* 10.7. *Aff.* וּמְלֹא חָפְנָיו Et plenitudinem pugillorum ſuorum, id eſt, plenos pugillos ſuos, *Levit.* 16.12.

חפף *Texit, Protexit: Obtexit, Operuit: Particip.* חֹפֵף עָלָיו Obtegens ſuper eum, id eſt, Protegens, *Deut.* 33.12.

חוֹף m. *Portus,* quaſi navium Protectio, *Jeſ.* 9. 1.

חַף *Nitidus, Mundus,* Tectus ab immundicie, *Job.* 33.9.

חֻפָּה f. *Obtectio, Protectio, Jeſ.* 4. 5. Item *Thalamus,* nuptialis propriè: *Affix.* מֵחֻפָּתוֹ De thalamo ſuo,

Pſalm.

Psalm. 19. 6. וְכַלָּה מֵחֻפָּתָהּ Et sponsa de thalamo suo, *Joel.* 2. 16.

חָפֵץ *Voluit, Optavit, Desideravit, Deamavit, Delectatus, Oblectatus, Benè affectus fuit : Placuit, Complacuit.* Construitur cum Accusativo & Ablativo mediante præpos. ב. *Præter.* חָפֵץ בְּבַת יַעֲקֹב Deamavit filiam Jacobi, *Gen.* 34. 19. *Fut.* יַחְפֹּץ זְנָבוֹ כְמוֹ אָרֶז Cùm volet, cauda ejus est ut cedrus, scil. arrecta & immobilis, *Job.* 40. 12. hyperbole : Ab.Esra, יַעֲמִיד *Erigit, Arrigit* caudam suam : R.Levi & Ab.Esra, *Celeriter movet, Motitat,* quasi à חָפַז per commutationem ז & צ, quia sunt literæ homogeneæ.

חָפֵץ m. *Volens, Desiderans, qui delectatur re aliquâ :* לֹא אֵל חָפֵץ רֶשַׁע Non Deus volens improbitatem, *Psal.* 5. 5. *Plural.* אֲשֶׁר אַתֶּם חֲפֵצִים Quem vos desideratis, *Mal.* 3. 1. *Constr.* חֲפֵצֵי צִדְקִי Qui delectantur justitiâ meâ, *Psalm.* 35. 27. *Fœm.* בְּנֶפֶשׁ חֲפֵצָה Animo cupido, 1 *Paral.* 28. 9.

חֵפֶץ m. *Voluntas, Desiderium, Studium, Delectatio, Oblectatio, Oblectamentum, Optatum : Res, Negotium, Propositum.* Eleganter construitur cum Præposit. ב, ut Verbum ipsum : אֵין חֵפֶץ לַמֶּלֶךְ בְּמֹהַר Non est oblectatio Regi in dote, 1 *Sam.* 18. 25. לְכָל־חֵפֶץ Omni negotio, *Eccles.* 3. 1. *Aff.* מִמְּצוֹא חֶפְצְךָ Ut non invenias voluntatem tuam, *Jesa.* 58. 13. id est, obsequaris libidini tuæ, cupita exsequaris : *Plural.* וְכָל־חֲפָצִים Et omnia desideria, quæcunque expetuntur, *Prov.* 8. 11. *Aff.* כָּל־חֲפָצֶיךָ Omnia desideria tua, *Prov.* 3. 15.

חָפַר *Fodit, Effodit, Perfodit :* Metaphoricè : *Pervestigavit, Perscrutatus est :* Item. *Erubuit, Puduit, Pudore perfusus : Probro, ignominiâ affectus aut confusus fuit.* *Præter.* חָפַר אֹכֶל Pervestigat cibum, *Job.* 39. 32. בּוֹשָׁה וְחָפְרָה Erubescet & pudebit eam, *Jerem.* 15. 9. *Part.* חֹפֵר גּוּמָּץ Fodiens fossam, *Eccl.* 10. 8. In *Hiph.* nunc transiti-

transitivum, nunc intransitivum est: *Præter.* הֶחְפִּיר לְבָנוֹן Pudebat Libanum, *Jes.*33.9. *Part.* בֵּן מֵבִישׁ וּמַחְפִּיר Filius pudefaciens & probris afficiens, *Prov.* 19. 26. *Futur.* וְיַחְפִּיר Et pudefacit, *Prov.* 13. 5. לֹא תַחְפִּירִי Non eris ignominiâ confusa, *Jes.*54.4.

* חֲפַר פֵּרוֹת f. p. *Talpæ*, *Jes.* 2. 20. ab Effodienda terra sic dictæ. Scribitur ut duæ dictiones, sed opinio mea est, inquit Ab. Esra, esse tantùm unicam. Masorethæ de isto nihil notarunt, חֲפִירָא & per aphæresin פֵּירָא *Fossa* apud Talmudicos. Unde חֲפַרְפֵּרָה vel חֲפַרְפֶּרֶת *Talpa.*

חפש חֹפֶשׁ m. *Libertas*, *Ezech.*27.20. *Aff.* חֻפְשָׁה לֹא נִתַּן־לָהּ Libertas ejus non datur ei, *Lev.*19.20. deficiente Mappik, ut Masorethæ observarunt. Kibbutz est loco Kametz chatuph, pro חָפְשָׁהּ.

חָפְשִׁי m. *Liber*, *Manumissus*, *Exod.*21.5. יֵצֵא לַחָפְשִׁי חִנָּם Exibit pro libero gratis, *Exod.* 21. 2. Et sic, לַחָפְשִׁי יְשַׁלְּחֶנּוּ Pro libero dimittet eum, *v.* 27. *Plural.* חָפְשִׁים Liberi, *Jes.*58.6.

חָפְשִׁית *Libertas*: בְּבֵית הַחָפְשִׁית In domo libertatis, 2 *Reg.*15.5. id est, liberâ, solitariâ, à reliquis domibus semotâ, juxta legem de leprosis, *Levit.* 13.46. *Scribitur & חָפְשׁוּת* 2 *Paral.* 26. 21. quod tamen Masorethæ tradunt legendum חָפְשִׁית.

חֻפַּשׁ *Pyh. Libertate donari*: *Præter.* לֹא חֻפָּשָׁה Non fuit libertate donata, *Levit.*19.20.

חפש *Scrutatus*, *Perscrutatus est*, *Pervestigavit*: *Partic.* חֹפֵשׂ כָּל־חַדְרֵי Pervestigans omnia penetralia, *Prov.*20.27. *Niph. Præter.* אֵיךְ נֶחְפְּשׂוּ Quomodo pervestigata sunt, *Obad.* 6. *Pih. Præter.* וְחִפַּשְׂתִּי אֹתוֹ Et perscrutabor eum, 1 *Samuel.*23.23. *Imper.* חַפְּשׂוּ וּרְאוּ Pervestigate & videte, 2 *Regum.* 10. 23. *Pyh. Particip.* חֵפֶשׂ מְחֻפָּשׂ Perscrutatio persctutata, *Psal.* 64. 7. *Futur.* יְחֻפַּשׂ אָדָם Pervestigabitur homo, *Prov.* 28. 12. In *Hitph.*

Mutare

Mutare se, Dissimulare se mutato habitu: Præter. הִתְחַפֵּשׂ Dissimulavit se, 2 *Paral.* 35. 22. *Futur.* יִתְחַפֵּשׂ לְבוּשִׁי Mutavit se vel mutatum est vestimentum meum; *Job.* 30. 18.

חֵפֶשׂ m. *Perscrutatio, Psal.* 64. 7.

חצב *Cecidit, Exscidit, Incîdit:* Præter. יֶקֶב חָצֵב Torcular excidit, *Jesa.* 5. 2. *Part. cum* י *paragogico,* חֹצְבִי Cædens, *Jes.* 22. 16. Simile vide in הֹפֵךְ & אֹסְרִי. *Niph. Futur.* בַּצּוּר יֵחָצְבוּן In rupe exciderentur, *Job.* 19. 24. *Pyh. Præter.* חֻצַּבְתֶּם Excisi istis, *Jesa.* 51. 1. *Hiph. Partic. fœmin.* הַמַּחְצֶבֶת Quæ excîdit, *Jesa.* 51. 9.

מַחְצֵב *Excisio:* וְאַבְנֵי מַחְצֵב Et lapides excisionis, id est, cæduos, 2 *Reg.* 12. 12.

חצה *Dimidiavit, Divisit, Distribuit, Partitus est. Præterit.* וְחָצִיתָ אֶת הַמַּלְקוֹחַ Et divides capturam vel prædam, *Num.* 31. 27. *Niph. Futurum per apocopam,* וְיֵחָץ Et dividetur, *Dan.* 11. 4.

חֲצִי m. *Dimidium, Pars dimidiata:* In pausa notatur cum Tzere in penultima, cûm alia similis formæ soleant notari cum Sægol. Sed & à חֳלִי dicitur חֹלִי cum vocali longa: וְאַמָּה וָחֵצִי Et cubitus & dimidius, id est, sesqui cubitus, *Exod.* 25. 10. לֹא הֻגַּד לִי הַחֵצִי Non fuit mihi nunciatum dimidium, 1 *Reg.* 10. 7. *Constr.* בַּחֲצִי הַשָּׁמַיִם *In medio cæli, Jos.* 10. 13. *Aff.* חֶצְיוֹ Dimidium ejus, *Jos.* 8. 33.

חֲצוֹת f. *Idem:* כַּחֲצוֹת הַלַּיְלָה Circiter medium noctis, *Exod.* 11. 4.

מֶחֱצָה f. *Dimidia pars, Num.* 31. 36. *Constr.* מֶחֱצַת הָעֵדָה Dimidia pars cætus, *v.* 43.

מַחֲצִית f. *Idem, Exod.* 30. 13. *Aff.* מַחֲצִיתוֹ Dimidium ejus, *Exod.* 30. 23.

חצן חֹצֶן m. *Brachium, Lacertus: Jesa.* 49. 22. ubi R. Salomon *Alam, Axillam* interpretatur, & sic Targum *Psalm.* 129. *Affix.* חָצְנִי נָעַרְתִּי Lacertum meum excussi, *Neh.* 5. 13. וְחִצְנוֹ Aut lacertum suum, *Psalm.* 129. 7. quod

quod eſt à forma חֵצֶן. Ab. Eſra, Oram veſtimenti, in Nehem.

חֲצַף *Chald.* Urſit, Acceleravit: *Particip. Aph. fœmin.* מַחְצְפָה *Acceleratus erat, Dan.* 3. 22. *Et cum* ה *characteriſtico Conjugationis*, מְהַחְצְפָה *Accelerabat, Dan.* 2. 15.

חָצַץ *Diſcîdit, Excîdit: Particip.* חֹצֵץ כֻּלּוֹ Excîdens univerſa ipſa, *Prov.*30.27. ſcil. herbas. Ab. Eſra interpretatnr מְקַבֵּץ מְאַסֵּף *Congregata, Collecta,* id eſt, turmatim procedit. *Pih.* חַצֵּץ *Ejaculari. Partic.* מִקּוֹל מְחַצְצִים A ſono vel ſtrepitu ſagittas jacientium, id eſt, ſagittariorum, *Jud.*5.11. quæ ſignificatio à Nomine חֵץ *Sagitta,* petita eſt. *Pyh. Plural.* חֻצָּצוּ Reſciſſi, Truncati ſunt, *Job.*21.21.

חֵץ m. *Sagitta,* à Scindendo: מֵחֵץ A ſagitta, *Pſalm.*91.5. *Cum* י *paragogico,* יָרָה הַחֵצִי Jaculatus eſt ſagittam, 1 *Samuel.* 20. 36. nam ſi eſſet Affixum, Tzade haberet Dageſch: *Aff.* חִצּוֹ Sagitta ejus, *Zach.* 9. 14. *Plural.* וַיִּשְׁלַח חִצִּים Et emittit ſagittas, 2 *Sam.*22.15. *Conſtr.* חִצֵּי גִבּוֹר Sagittæ potentis, *Pſal.* 120. 4. *Aff.* חִצֶּיךָ Sagittæ tuæ, *Pſal.* 38. 3.

חָצָץ m. *Scrupus, Lapillus, Prov.* 20. 17. quaſi Inciſum vel Segmentum lapidum dicas: בֶּחָצָץ In ſcrupis, *Thren.*3. *verſ.* 16. *Plural.* חֲצָצִים Sagittæ: *Aff.* חֲצָצֶיךָ Sagittæ tuæ, *Pſalm.* 77. 18. [al. *fulgura*, vel *Lapides grandinis.*]

חָצֵר c. Sed ſæpius f. *Atrium*: חָצֵר הָאַחֶרֶת Atrium aliud, 1 *Reg.*7.8. Et maſc. הֶחָצֵר הַפְּנִימִי Atrium interius, *Ezech.*40.19. *Conſtr.* חֲצַר הַמִּשְׁכָּן Atrium tabernaculi, *Exod.*27.9. *Aff.* בַּחֲצֵרוֹ In atrio ejus, 2 *Sam.*17.18. *Pluraliter,* חֲצֵרִים *Atria*; Item *Villæ* abſque muro: בָּתֵּי הַחֲצֵרִים Domus villarum, *Levit.* 25. 31. *Conſtr.* בְּחַצְרֵי In atriis domus Dei, *Neh.*13.7. *Aff.* בַּחֲצֵרֶיךָ In atriis tuis, *Pſ.*84.11. וְאֶת־חֲצֵרֶיהָ Et villas ejus, *Joſ.*21.12. *Et for-*

ma fœmin. מִן הַחֲצֵרוֹת Ex atriis, *Exod.* 8. 13. *Constr.* חַצְרוֹת בֵּית־יְהוָה In atriis domus Domini, 2 *Reg.* 21. 5. *Aff.* חֲצֵרֹתָיו Atria eius, *Psal.* 100. 4.

חָצִיר m. *Gramen, Fœnum : Item Porrum,* quòd Fœno sive gramini majori simile sit, *Num.* 11. 5. Et semel ex præcedentis Nominis significatione, *Atrium, Jes.* 34. 13. Quidam etiam sic exponunt *cap.* 35. 7. *Constr.* חֲצִיר גַּגּוֹת Gramen tectorum, *Jesa.* 37. 27.

חֲצֹצְרָה f. *Tuba, Hos.* 5. 8. ex geminata secundâ radicali: *Plural.* חֲצֹצְרוֹת Tubæ, *Num.* 10. 2. Hinc Partic. ex *Pyh.* לַמְחַצְּרִים Clangentibus, q.d. Tubicinantibus, 2 *Paral.* 5. 13. Et Particip. ex Hiphil. וְהַחֲצֹצְרוֹת מַחְצְרִים Et tubis buccinabant sive clangebant, 2 *Par.* 29. 28. quod est cum צ redundāte, מַחְצְרִים autem est pro מַחֲצִירִים, cui simile in עִוֵּר.

חָקָה *Imprimere, Exprimere, Exsculpere,* Et convenit cum חָקַק sequenti Verbo. *Particip.* מְחֻקֶּה עַל־הַקִּיר Expressum in pariete, *Ezech.* 8. 10. *Hithp. Fut.* תִּתְחַקֶּה Imprimeris, *Job.* 13. 27.

חָקַק *Descripsit, Exaravit, Expressit : Incîdit, Sculpsit, Insculpsit, Exsculpsit : Statuit, Decrevit : Præter.* וְחַקּוֹתָ עָלָיו Et describes super eum, vel incîdes in eum, *Ezech.* 4. 1. *Partic. cum* י *paragogico,* חֹקְקִי בַסֶּלַע Statuens vel describens in petra, *Jesa.* 22. 16. vide simile in חָצַב *Infin. cum Schurek,* בְּחוּקוֹ Quum statueret vel describeret, *Prov.* 8. 27. 29. vide simile in עתח. *Pih. Particip.* מְחֹקֵק Decernens, Legislator, *Deut.* 33. 21. *Gen.* 49. 10. *Pyh.* מְחֻקָּק Statutum, *Prov.* 31. 5. *Futur.* בַּסֵּפֶר וְיֻחָקוּ In libro describantur, *Job.* 19. 23. absquè Dagesch quasi à חוק, unde & Infinitivus paulò antè formam habuit.

חֹק m. *Statutum, Constitutio, Decretum, Demensum, Præscriptum, Portio, Pars statuta, Pensum : Modus, Ratio :* לִבְלִי חֹק Præter modum, Immodicè, *Jesa.* 5. 14. וְחֹק Et pensum

sum, *Prov.*31.15. לְחֹק In statutum, *Psal.*105.10. אֲסַפְּרָה אֶל־חֹק Enarrabo in decretum vel ad decretum, *Psal.*2. *v.*7. hoc est, ut sit in statutum & memoriale. Messiam, verum Davidis filium, certò venturum, ut explicatur in Cod. Talmudico Succah *cap.* 5. *fol.* 52. aut אֶל idem est quod Articulus אֶת, ut Kimchi scribit in libro Radicum. *Aff.* חֻקּוֹ Statutum suum, *Prov.*8.29. Et *aliter*, חָקְךָ וְחָק־בָּנֶיךָ In statutam partem tuam vel demensum tuum, & demensum filiorũ tuorũ, *Lev.*10.14. Dagesch ejecto [pro חָקְּךָ vel חֻקְּךָ] *Plural.* חֻקִּים Statuta, Decreta, *Deut.*4.5. *Constr.* חֻקֵּי אֱלֹהִים Statuta Dei, *Exo.*18.16. *Aff.* וְשָׁמַרְתָּ אֶת־חֻקָּיו Et observabis statuta ejus, *Deut.*4.40.

חֻקָּה f. *Idem*, *Num.*9.14. *Constr.* לְחֻקַּת עוֹלָם In statutum perpetuum, *Num.*10.8. *Plural.* בְּחֻקֹּת הַגּוֹי In statutis gentis, *Lev.*20.23. *Aff.* כְּכָל־חֻקֹּתָיו Secundùm omnia statuta ejus, *Num.*9.3.

חִקְקִים m. p. *Statuta* : *Constr.* חִקְקֵי־אָוֶן Statuta iniquitatis, id est, iniqua, *Jes.*10.1.

חָקַר *Investigavit, Pervestigavit, Scrutatus, Perscrutatus est* : *Præter.* וְדָרַשְׁתָּ וְחָקַרְתָּ Et inquires & pervestigabis, *Deut.*13.14. *Particip.* חֹקֵר לֵב Scrutans cor, *Jerem.*17.10. *Niph. Præter.* לֹא נֶחְקַר Non pervestigatum est, 1 *Reg.*7.47. *Futur.* כִּי לֹא יֵחָקֵר Quia non pervestigabitur, *Jer.*46.23. *Pih. Præter.* וְחִקֵּר Et scrutatus est, *Eccles.*12.9.

חֵקֶר m. *Perscrutatio, Pervestigatio* : אֵין חֵקֶר לִתְבוּנָתוֹ Non est pervestigatio prudentiæ ejus, *Jes.*40.28. Phrasis in Inscriptionibus Epistolarum apud Judæos usitatissima, pro, Prudentissimo : *Plural. Constr.* גְּדוֹלִים חִקְרֵי־לֵב Magni scrutationibus animi, *Jud.*5.16. id est, mente sagacissimi.

מֶחְקָרִים m. p. *Scrutationes* : *Construct.* מֶחְקְרֵי־אָרֶץ Pervestigationes terræ, *Psal.*95.4. id est, תַּחְתִּיּוֹת Ima, infima fundamenta vel penetralia terræ, ut Aben Esra explicat,

explicat, quæ ſciri nequeunt, niſi exquiſitâ perſcrutatione, vel potiùs, quòd homini minimè ſunt Perſcrutabilia, Deo autem in propatulo.

חָרֵב *Siccatus, Exſiccatus fuit : Vaſtatus, Devaſtatus, Deſolatus , In ſolitudinem redactus fuit : Præter.* חָרְבוּ הַמַּיִם Exſiccatæ ſunt aqvæ, *Geneſ.* 8. 13. *Infin.* חָרֹב יֶחֱרָבוּ Deſolando deſolabuntur, *Jeſa.* 60. *v.* 12. Imper. חֲרֹב Devaſta, vel juxta Kimchi in Comm. Gladio cæde vel tolle, à Nomine חֶרֶב Gladius, *Jerem.* 50. 21. Et ſic, חִרְבוּ כָּל־פָּרֶיהָ Gladio tollite omnes juvencos ejus, *verſ.* 27. *Niph. Præter.* הָחֳרֵב נֶחֶרְבוּ Deſolando deſolarunt ſe reges iſti, vel, Digladiando digladiati ſunt, id eſt, mutuis gladiis ſe ſuſtulerunt, ut Kimchi & R.Levi Gerſon interpretantur, 2 *Reg.* 3. 23. *Particip.* עִיר נֶחֱרֶבֶת Civitas deſolata, *Ezech.* 26. *v.* 19. *Pyh. Præter.* אֲשֶׁר לֹא־חֹרָבוּ Quæ nondum exſiccatæ fuerint, *Jud.* 16. 7. *Hiph.* הֶחֱרִיב *Exſiccavit, Vaſtavit, Deſolavit : Præter.* וְעָרֵיהֶם הֶחֱרִיב Et civitates ipſorum deſolavit, *Ezech.* 19. 7. *Particip.* הַמַּחֲרֶבֶת יָם Exſiccans mare, *Jeſa.* 51. 10. *Hoph. Præter.* הָחֳרָבָה Vaſtata eſt, *Ezech.* 26. 2. *Chald.* הָחָרְבַת *Devaſtata eſt*, *Eſr.* 4. 15. *Partic.* עָרִים מֻחֳרָבוֹת Civitates vaſtatæ, *Ezech.*29.12. *Infin.* fuit in *Niph.*

חָרֵב m. *Siccus, Vaſtus, Deſolatus* : חָרֵב הוּא מֵאֵין אָדָם Vaſtus eſt abſque homine, ut nullus homo ibi ſuperſit, *Jer.* 33. 10 *Fœmin.* פַּת חֲרֵבָה Buccella ſicca, *Prov.*17.1. *Plur.* הֶעָרִים הֶחֳרֵבוֹת Urbes deſolatæ,*Ezec.*36.35.Chatephkamez eſt pro Chatephpathach.

חֹרֶב m. *Siccitas, Deſolatio, Vaſtitas : Æſtus*, metonymicè ſic dictus, quòd Siccitatis cauſa eſt : בַּיּוֹם אֲכָלַנִי חֹרֶב Interdiu conſumebat me æſtus, *Gen.*31.40. יְהִי־נָא חֹרֶב Sit quæſo ſiccitas, *Jud.*6.39. עָרֵי חֹרֶב Civitates deſolationis, id eſt, deſolatæ, *Jeſa.*61.4.

חֶרֶב f. *Gladius*, à Vaſtando dictus, ut tradit Aben Eſra

Exod. 26. 25. Sumitur autem latè, ut Latinis Ferrum: unde est *Culter*, *Jos.* 5. 2. *Cælum*, sculpendi instrumentum, vel *Malleus* aut *Scalprum* ad expoliendum, *Exod.* 20. 25. *Rutrum*, 2 *Par.* 34. 6. כְּחֶרֶב חַדָּה Sicut gladium acutum, *Jesa.* 49. 2. אִישׁ חַרְבּוֹ Quisque gladium suum, *Gen.* 34. v. 25. *Plural.* מִפְּנֵי חֲרָבוֹת Propter gladios, *Jesa.* 21. 15. *Constr.* חַרְבוֹת צֻרִים Gladios sive cultros acierum, id est, acutos, *Jos.* 5. 2. *Aff.* בְּחַרְבוֹתָיו Cultris suis dirutoriis, *Ezech.* 26. 9. id est, ferramentis mucronatis, quibus muri destruuntur: Kimchi in Comm. Malleis acuminatis, quibus lapides diffringuntur.

חָרָבָה f. *Siccitas*, *Siccum*, *Locus siccus*: estque formæ בַּקָּשָׁה, & primum Kametz est propter Dagesch ejectum: בֶּחָרָבָה In sicco, *Genes.* 7. 22. לֶחָרָבָה In siccum, *Exod.* 14. 21.

חָרְבָּה f. *Vastitas*; Plural. עַל־חֳרָבוֹת נוֹשָׁבוֹת Contra vastitates seu loca vasta habitata, *Ezech.* 38. 12. quæ scilicet antea fuerunt vasta; nunc rursum à quibusdam inhabitantur, ut Kimchi & R. Salom. interpretantur: בֶּחֳרָבוֹת In locis vastis, *Ezech.* 13. 4. הֶחֳרָבוֹת Vastitates istæ, Loca vasta ista, *Ezech.* 36. 33. Kimchi hoc vult esse adjectivum, idem quod הֶחֳרֵבוֹת quod antè in חָרֵב positum.

חֻרְבָּה f. *Vastatio*, *Desolatio*: לִשְׁמָמָה וְחָרְבָּה In desolationem & vastitatem, *Ezech.* 29. 9. *Plurale scribitur semper cum* ב *leni sive aspirato*: חָרְבוֹת Vastitates Jerusalem, *Jes.* 5. 29. לְחָרְבוֹת חֹרֶב In vastitates desolationis, id est, desolatissimas, *Ezech.* 29. 10. Plural. כָּל־חָרְבוֹתֶיהָ Omnes vastitates ejus, *Jesa.* 51. 3.

חַרְבֹנִים m. p. *Siccitates*: *Constr.* בְּחַרְבֹנֵי קַיִץ In siccitates æstatis, id est, æstivas, *Psal.* 32. 4.

חָרַג *Horruit*, *Contremuit*: *Futur.* וְיַחְרְגוּ Et horrescunt, Contremiscunt, cum tremore prodeunt ✗ vel prospiciunt è clausuris suis, *Psal.* 18. 46. Pro hoc legitur

✗ et egreßi sunt. nam חרג signi:ficat Arabice Exire, Egredi.

gitur 2 *Sam.*22.46. וְיַחְגְּרוּ Et accingent ſe, vel, accincti excurrent, quaſi à חָגַר, ſed videtur idem eſſe cum hoc חָרַג, ita ut internus animi tremor, voce externâ literis tranſpoſitâ, ſignificatus ſit. Hinc Chald. חַרְגָא Horror, Trepidatio: חַרְגַת מוֹתָא Horror mortis, *Deut.* 32. 25. חַרְגַת כַּפְנָא Horror famis, *Thren.*1.20.

* חַרְגֹּל m. *Cantharus*, juxta quoſdam, Locuſtæ ſpecies, *Levit.*11.22.De quatuor Locuſtæ ſpeciebus hoc loco ad eſum conceſſis, prolixè diſputatur à Sapientibus Talmudicis, Cod. Cholin, *cap.* 3.*fol.* 65. & ſeqq.

חָרַד *Tremuit, Contremuit, Trepidavit, Perterritus, Exterritus fuit: Solicitus fuit, Trepidè accurrit*: atque ſic conſtruitur cum Præpoſit. אֶל & אַחַר. Præterit. וְחָרַד וּפָחַד Trepidabitque & pavebit, *Jeſa.* 19. *verſ.* 16. חָרְדוּ אַחֲרָיו Trepidi currunt poſt eum, 1 *Sam.* 13.7. חָרַדְתְּ אֵלֵינוּ Solicita fuiſti erga nos, 2 *Regum.* 4, 13. *Hiph.* הֶחֱרִיד *Deterruit, Exterruit, Perterruit, Perterrefecit, Perculit*: Præterit. וְהַחֲרַדְתִּי אֹתוֹ Perterrefaciam eum, 2 *Sam.*17.2.

חָרֵד m. *Trepidus*: לִבּוֹ חָרֵד Animus ejus erat trepidus, 1 *Sam.*4.13. *Plural.* הַחֲרֵדִים אֶל־דְּבָרוֹ Qui trepidi eſtis, vel trepidatis ad verbum ejus, *Jeſ.* 66. 5.

חֲרָדָה f. *Tremor, Trepidatio, Solicitudo*; ac frequenter additur Verbo ſuo: וַיֶּחֱרַד יִצְחָק חֲרָדָה גְּדֹלָה Et contremuit Iſaac tremore magno, *Gen.*27.33. אֶת כָּל־הַחֲרָדָה הַזֹּאת Totâ ſolicitudine iſtâ, 2 *Reg.*4.13. *Conſtr.* חֶרְדַּת אֱלֹהִים In trepidationem Dei, 1 *Sam.*14.15. id eſt, maximam: quidquid enim in ſuo genere ſummum, id Hebræi Divinum appellant: vide *Jonæ* 3.3. *Pſalm.*36.7. & infrà in פְּתַל. *Plural.* חֲרָדוֹת Trepidationes, *Ezech.*26.16.

חָרָה *Arſit, Exarſit irâ, Irâ accenſus fuit*; & Iræ vocabulum ferè ſemper adjunctum habet: ubi autem deſideratur, ſubaudiendum eſt. Regit Accuſati-

vum personæ, communiter cum Præpositione בְּ: Impersonaliter vel reciprocè usurpatum, construitur cum Dativo. *Præter.* וְאַף יְהוָה חָרָה בָעָם Ira Domini accensa est in populum, *Num.* 11. 33. הַהֵיטֵב חָרָה לָךְ An bene vel juste accenditur tibi, scil. אַף Ira, satísne rectè irasceris? *Jonæ.* 4. 9. *Futur. per Apocopam,* אַל־נָא יִחַר לַאדֹנָי Ne quæso accendatur (ira) Domino meo, Ne agrè ferat Dominus meus, *Gen.* 18. 30. *Niph. Præter.* נִחֲרוּ־בִי Accensi sunt irâ contra me, *Cant.* 1. 6. quod & à חָרַר esse potest. *Partic.* הַנֶּחֱרִים בָּךְ Qui exardescunt (irâ) contra te, *Jesa.* 41. 11. *Hiph. Præter.* הֶחֱרָה Exarsit vel Accendit, scil. animum suum, *Neh.* 3. 20. hîc in bonum sumitur, & est studii ardentis, non iræ. *Fut. per Apocopam.* וַיִּחַר עָלַי אַפּוֹ Et accendit contra me iram suam, *Job.* 19. *vers.* 11. *Hithp. Futur. per Apocopam,* אַל־תִּתְחַר Ne irâ accendaris, *Preverb.* 24. *vers.* 19. Sic *Psalm.* 37. *vers.* 1. 8.

חֳרִי m. *Æstus*: מֶה חֳרִי הָאַף הַגָּדוֹל הַזֶּה Quid (sibi vult) æstus iræ istius maximæ? *Deut.* 29. 24. בָּחֳרִי־אָף In æstu iræ, *Exod.* 11. 8.

חָרוֹן m. *Æstus iræ, Ardens ira*; *Construct.* חֲרוֹן אַפּוֹ Æstum iræ suæ, *Psalm.* 78. 49. *Aff.* חֲרֹנְךָ Ardentem iram tuam, *Exod.* 15. 7. At, כְּמוֹ חַי כְּמוֹ חָרוֹן Sicut vivum, sic adustum, vel. siccum ut aridum perdet, *Psal.* 58. 10. juxta quosdam.

חרז Unde Nomen Plur. חֲרוּזִים m. *Torques. Cant.* 1. *v.* 10. Propriè sic Hebræis vocantur margaritæ, & similia monilia filo indita; nam חָרַז *Filo indere*, apud Rabbinos, *Germ.* **Anreyhen, Anfassen.** Unde illud Rabbinorum, אִית דְּיָדַע לְמִחְרוּז וְלָא יָדַע לְמִקְבַּח *Est qui novit filo indere, & non novit perforare,* scil. margaritas: *alius novit perforare, & non novit filo indere, &c.* Item: *Vidi quòd filius Assii sedebat,* וְחוֹרֵז *Et colligebat* (scil. torquem pulchrè dictorum) *ex Lege, Prophetis & Hagiographis, &c.*

gra; bis, &c. Extant hæc in præfatione libri עֲקֵדַת יִצְחָק. Et apud Talmudicos priſcos : מַחֲרוּזוֹת שֶׁל דָּגִים *Faſciculi piſcium*, piſces ordine in vimen collecti, in Cod. Bava mezia, *cap.* 2. in principio *cap.* & *fol.* 23. Hinc intelligitur, quare apud Grammaticos dicatur, חָרוּז Verſus Rhythmicus, *Plural.* חֲרוּזִים.

חרט חֶרֶט m. *Cælum*, ſculptorium inſtrumentum, *Exod.* 32. *v.* 4. *Stylus ſcriptorius*, *Jeſa.* 8. 1. *Plur.* חֲרִטִים *Loculi* : בִּשְׁנֵי חֲרִטִים In duobus loculis, 2 *Reg.* 5. 23. Item, *Aciaria*, *Jeſ.* 3. 22. ornamenta muliebria, quæ aciculis affiguntur : aut *Loculi*, juxta præcedentem ſignificationem. Nam & cum his mulieres ſuperbiunt.

* חַרְטֹם m. *Chald.* Magus, *Dan.* 2. 10. *Plur.* חַרְטֻמִּין *Magi*, *v.* 2. & חַרְטֻמַיָּא *Dan* 4. 4. *Ab. Eſra*, *Dan.* 2. *ſcribit eſſe* חַכְמֵי הַתּוֹלְדוֹת *Genethliacos*. Et ſic Hebr. חַרְטֻמִּים Magi, *Dan.* 1. 20. & 2. 2. *Conſtr.* חַרְטֻמֵּי *Gen.* 41. 8. [Quibuſdam eſte à חר *foramen*, & טום *obſtruere* ; quòd per foramina obſtruſa muſſitent, & incantationes faciant Magi.]

חרך חֲרַךְ *Chald.* Aduſſit, Ambuſſit, Inuſſit, *in Targum frequens* : *Hithp. Præter.* לָא הִתְחָרַךְ *Non fuit aduſtus*, *Dan.* 3. 27. Hebraicè Futurum ex Kal, לֹא־יַחֲרֹךְ Non aduret, aſſando ſcil. *Prov.* 12. 27.

חֲרַכִּים m. p. *Clathri*, *Cancelli*, *Cant.* 2. 9. ſignificatio etiam Chaldaica eſt. Nam. חֲרַכָּא *Feneſtra*, idem quod Hebraicè חַלּוֹן.

חרל חָרוּל m. *Vrtica*, *Soph.* 2. 9. תַּחַת חָרוּל Sub urticis *Job.* 30. 7. Aben Eſra & R. Levi, Sub ſpinis : *Plural.* חֲרֻלִּים Urticæ, *Prov.* 24. 31.

חרם *Hib.* הֶחֱרִים *Anathematizavit*, *Anathemate vel Anathemati*, *Internecioni*, *Perditioni devovit*, *Diſperdidit* : *Conſecravit*, *Devotum effecit* : *Præter.* הֶחֱרִים אוֹתָם Internecioni devovit eos, *Joſ.* 11. 12. וְהַחֲרַמְתִּי לַיהוָה Et anathemate devovebo quæſtum eorum Domino, *Mich.* 4. 13. *Futur.* כָּל־חֵרֶם אֲשֶׁר יָחֳרַם Omne devotum,

votum, quod devoverit quis Domino, *Levit.* 27. 28. פֶּן־תַּחֲרִימוּ Ne anathemazite, id eſt, ne rapite vel attingite anathema, ut Kimchi explicat, *Joſua* 6. 18. Alii paſſivè, Ne fiatis anathema, vel, Ne efficiatis vos ipſos anathema. *Hoph. Futur.* יָחֳרָם Ut anathema perditor, *Exod.* 22. 20.

חֶרֶם vel חֵרֶם m. *Devotum*, *Res devota*, *Anathema*: כָּל־חֵרֶם Omne devotum, *Num.* 18. 14. וְחֵרֶם Et anathema non erit amplius, *Zach.* 14. 11. Cum quinque punctis, eſt etiam *Sagena*, *Plagæ*, *Rete*: יָצוּדוּ חֵרֶם Venantur plagis, *Mich.* 7. 2. *Aff.* בְּחֶרְמוֹ Plagis ſuis, *Hab.* 1. *v.* 15. עַל־עַם חֶרְמִי Super populum anathematis mei, quem ſcil. internecioni devovi, *Jeſ.* 34. 5. *Plural.* מְצוֹדִים וַחֲרָמִים Retia & plagæ, *Eccleſ.* 7. 27.

חָרוּם m. *Curtus membris*, *Lev.* 21. 18. & opponitur ipſi שָׂרוּעַ Superfluus membris, aut habens unum altero majus, ut Aben Eſra notat. R. Salomon & alii exponunt *Simum*, qui naſum habet nimis depreſſum, ſed generalius eſt.

* חֶרְמֵשׁ m. *Falx meſſorum*; מֵהָחֵל חֶרְמֵשׁ בַּקָּמָה Ex quo cœperit eſſe falx in ſegete, *Deut.* 16. 9.

חֶרֶס m. *Sol*: ſic dictus, quòd calore ſuo faciat terram aridam & ſiccam, inſtar חֶרֶשׂ teſtæ juxta illud: Aruit כַּחֶרֶשׂ tanquam teſta virtus mea, *Pſal.* 22. *v.* 16. מִלְמַעֲלֵה הֶחָרֶס A ſupra ſolem, *Jud.* 8. 13. id eſt, Ante ortum vel aſcenſum ſolis. *Cum* ה *paragogico*, בְּטֶרֶם יָבוֹא הַחַרְסָה Antequam occumberet ſol, *Jud.* 14. 18. Item *Prurigo*, ſcabiei ſpecies, *Deut.* 28. 27. [quòd eam ſcalpant בַּחֶרֶשׂ teſtâ.]

חַרְסִית f. *Solaris*: שַׁעַר הַחַרְסוּת Porta ſolaris, i.e. orientalis, *Jer.* 19. 2. ſcribitur cum ו, ſed legitur per י.

חָרַף *Exprobravit*, *Probris affecit*, *Probro expoſuit*. Semel eſt *Hyemare*, ex ſignificatione Nominis derivati. *Particip.* חֹרְפִי Probris afficienti me, vel Exprobranti

probranti mihi rem aliquam, *Prov.* 27. 11. *Futurum,* לֹא יֶחֱרַף Non probrosè habebit, vel, Probro exponet me, aut Probrosè aget, *Job.*27.6. עָלָיו תֶּחֱרַף Super eum hyemabit, *Jesa.* 18. 8. *Niph. Particip. fœmin.* שִׁפְחָה נֶחֱרֶפֶת לְאִישׁ Ancilla despecta alicui, Probro cujusque exposita, *Levit.* 19. 20. Plerique Hebræorum idem volunt esse quod *Desponsata.* Inde & Talmudicis, חרופה Desponsata. Aben Esra eam expositionem improbat, ac probat priorem. Pih. Præter. חֵרֵף נַפְשׁוֹ לָמוּת Probrosè exponit animam suam ad moriendum, id est, vitam periculo mortis exponit, eam quasi nihili æstimans, *Judic.* 5. 18. אֲשֶׁר חֵרַפְתָּ Quem probris affecisti, 1. *Samuel.* 17. 45. *Infinit.* בְּחָרְפָם בַּפְּלִשְׁתִּים Quum probra conjicerent in Philistæos, 2 *Sam.* 23. 9. illis insultando, pugnam offerendo. Vel בְּחָרְפָם id est, בְּחָרֵף נַפְשָׁם Quum probrosè exponerent vitam suam, ut in præcedenti loco. Vel, Quum acuerent se in Philistæos, ex usu Verbi Chaldaico. Est ex hac conjugatione, quia Kametz, sub ח accentu junctum, longum est, indicatque compensationem Dagesch. Accentu absente, potest esse ex Kal, & tum Kamerz est breve, id est, Kametz chatuph.

חֹרֶף m. *Hyems*, quasi Probrum terræ dicta: nam dehonestat & quasi Probro afficit terram, virorem & splendorem omnem ab illa auferendo: Item *Juventus, Adolescentia,* quasi Aetas præcox: Nam חֲרִפֵי Præcocia, *Eccles.*11.2. in Targum Veneto: aut quòd multa Probrosè committit: וְקַיִץ וָחֹרֶף Et æstas & hyems, *Gen.* 8. 22. מֵחֹרֶף Propter hyemem, *Prov.*20.4. *Aff.* juxta aliam significationem, בִּימֵי חָרְפִּי In diebus pueritiæ vel juventutis meæ, *Job.*29.4. juxta plerosque Hebræos: Quidam, *In diebus hybernorum meorum,* dum scil, in hybernis stationibus quiescerem, Deo, tanquam duce meo, mihi de omnibus necessariis prospiciente.

חֶרְפָּה f. *Probrum, Opprobrium:* חֶרְפָּה הוּא לָנוּ Probro hoc nobis eſt, *Gen.* 34. 10. *Conſtr.* וְחֶרְפַּת עַמּוֹ Et probrum populi ſui, *Jeſa.* 25. 8. *Aff.* אֱסֹף חֶרְפָּתֵנוּ Aufer probrum noſtrum, *Jeſ.* 4. 1. *Plur.* וַתְּהִי לַחֲרָפוֹת לִי Et fuit in probra mihi, *Pſalm.* 69. 11. id eſt, in ſummum probrum, *Conſtr.* וְחֶרְפּוֹת חוֹרְפֶיךָ Et opprobria probris afficientium te, *v.* 10.

חָרַץ *Movit, Motus fuit; vel movit ſe: Decidit, Præcidit, Concidit, Exſcidit: Statuit, Decrevit: Præter.* לֹא חָרַץ Non moverat, *Joſ.* 10. 21. אַתָּה חָרָצְתָּ Tu decidiſti, definiviſti, 1 *Reg.* 20. 40. *Partic. Pabul.* כִּלָּיוֹן חָרוּץ Conſummatio præciſa, deciſa, *Jeſ.* 10. 22. *Plur.* חֲרוּצִים יָמָיו Præciſi, definiti ſunt dies ejus, *Job.* 14. 1. *Fut.* יֶחֱרַץ כֶּלֶב לְשֹׁנוֹ Movebit canis linguam ſuam, *Exod.* 11. 7. אָז תֶּחֱרָץ Tunc movebis te, 2 *Sam.* 5. 24. *Niph. Partic. fœm.* וְנֶחֱרָצָה Et quidem præciſam, *Jeſa.* 10. 23. נֶחֱרֶצֶת שֹׁמֵמוֹת Deciſum vel præciſum deſolationum erit, id eſt, deciſa, ſumma deſolatio, *Dan.* 9. 26.

חָרוּץ m. *Exciſus: Sedulus, Induſtrius, Strenuus, Solicitus, Tribula: Foſſa: Aurum:* Nunc adjectivum, nunc ſubſtantivum eſt: לְמוֹרַג חָרוּץ חָדָשׁ In tribulam exciſam recentem, habentem multa ora, id eſt, multas cæſuras, *Jeſa* 41. 15. לֹא בֶחָרוּץ יוּדַשׁ Non tribulâ trituratur nigella, *Jeſ.* 28. 27. Intelligenda autem tribula antiqua, quæ trahæ quædam ſpecies erat, alligatis ipſi bobus, juxta illud: *Non obturabis os bovi trituranti, Deut.* 25. 4. Generale eſt מוֹרַג; ſpeciale, חָרוּץ à Cæſuris. Fuit enim tribula, ut ſcribit R. Salomon Jarchi *Jeſa.* 41. *v.* 15. חֲרִיצִים חֲרִיצִים id eſt, plena cæſuris ſive inciſionibus, inſtar inſtrumenti fabrorum ferrariorum, quod dicitur Lima, & trahebatur ſuper trituram, donec abſcinderentur ſpicæ, ac ſtramen ejus fieret palea. *Apud Talmudicos* legitur, fuiſſe inſtrumentum ligneum ex tigillis factum, plenum clavis ſive dentibus (infernè obtuſis) cui imponebatur

nebatur massa ferrea gravandi causâ: Trahebatur à bobus super trituram, atque ita frumentum excutiebatur, stramenquè redigebatur in paleam, Cod. Menachoth c.3.f.22. & Cod. Sebbachim, c. 14. f. 116. בְּעֵמֶק הֶחָרוּץ In valle decisa vel definita, Joel.3.14. [al. 4.6.] nempe ad judicium exercendum, pro populo Dei, & in excidium impiorum; vel Valle tribulæ, id est, in qua triturandi impii; aut, Valle excidii: רְחוֹב וְחָרוּץ Platea & fossa, Dan.9.25. Sic Rabbinis חֲרִיצָה Fossa: מֵחָרוּץ נִבְחָר Præ auro selecto, Prov. 8. 10. ab Effodiendo; quia è terræ penetralibus Exscinditur: vide זָהָב suprà. וְהוֹן־אָדָם יָקָר חָרוּץ Et substantia hominis strenui, pretiosa est, Prov. 12. 27. per transpositionem verborum. Cohærent enim אָדָם חָרוּץ ut Kimchi in libro Rad. notat; aut secundum R.Levi, Substantia hominis pretiosi (non scil. dolosi aut ignavi) aurum est, id est, optima, solida & durabilis: יִרְפַּד חָרוּץ עֲלֵי־טִיט Substernit excisum vel exacutum quodq; in luto, Job.41.21. nempe in abysso & profundo maris, ubi lutum est: Vult dicere, Exacutæ petræ sunt balenis ut testa, acuminata sunt ipsis ut obtusa, substernunt ea sibi, & securè illis in profundo maris incumbunt, ut Ab. Esra & R. Levi enarrant: Plurale, וְיַד חָרוּצִים Et manus sedulorum ditat, Prov.10.4. & sic Prov.13.4. Est formæ dagessatæ תַּנּוּר: ideò retinet Kametz.

חֲרִיצִים m. p. Tribulæ: Casei, quasi Excisiones è lacte dicas: Construct. חֲרִיצֵי הֶחָלָב Caseos lactis, 1 Sam.17.18. וּבַחֲרִיצֵי הַבַּרְזֶל Et tribulis ferreis, 2 Sam. 12. 31. quæ ad supplicia sontium adhibitæ fuerunt. Et forma fæm. בַּחֲרֻצוֹת הַבַּרְזֶל In tribulis ferreis, Amos. 1. 3.

חֲרַץ Chald. Lumbi: Af. קִטְרֵי חַרְצֵהּ Cingula lumborum ejus, Dan. 5. 6. pro חַרְצוֹהִי sic enim ה aliquando pluralibus additur: vide Grammaticam nostram Chaldaicam.

*חַרְצֹב Plural. חַרְצֻבּוֹת f. p. Nexus, Vincula, Colligationes:

nes : חַרְצֻבּוֹת לְמוֹתָם Vincula ad mortem ipſorum, *Pſal.*73.4. פַּתֵּחַ חַרְצֻבּוֹת רֶשַׁע Solvendo nexus improbitatis, *Jeſ.* 58.6.

* חרצן חַרְצַנִּים m. p. *Nuclei acinorum*, *Num.*6.4.

חָרַק *Frenduit, Striduit: Præterit.* חָרַק עָלַי בְּשִׁנָּיו Frendit contra me dentibus ſuis, *Job.* 16.9.

חָרַר *Exarſit, Exuſtus, Aduſtus, Uſtulatus fuit : Præt.* חָרָה מִנִּי חֹרֶב Exarſit præ ſiccitate, *Job.* 30.30. וְחָרָה נְחֻשְׁתָּהּ Et exuratur ærugo ejus, *Ezech.* 24.11. quæ hinc ſunt propter accentum in penultima : עַל כֵּן חָרוּ Idcirco exardeſcent, *Jeſa.* 24.6. *Niph. Præter.* נָחַר מַפֻּחַ Exardeſcit follis, *Jer.*6.29. vel, Exſiccatur, Exareſcit. Nam ardorem & æſtum ſiccitas ſequitur. *Et cum Chirek ſub Nun,* נִחַר גְּרֹנִי Exſiccatur guttur meum, *Pſal.* 69.4. *Fut.* וַיֵּחַר Et uſtulatus eſt, *Ezech.*15.5. *Pih.* ex geminata prima radicali. *Infin.* לְחַרְחַר Ad accendendum, *Prov.*26.21.

חַרְחֻר maſc. *Aduſtio, Inflammatio : Febris ardens*, *Deuter.* 28.22.

חֲרֵרִים m. p. *Siccitates, Loca ſicca*, *Jer.*17.6.

חֹרִים & חוֹרִים m. p. *Liberi, Ingenui, Nobiles, Illuſtres :* בֶּן־חוֹרִים Filus ingenuorum, *Ecclеſ.* 10.17. וָאֹמַר אֶל הַחֹרִים Et dixi ad nobiliores, *Neh.*4.19. ſic 5.7. *Conſtr.* חֹרֵי יְהוּדָה Liberi clariſſimi Jehudæ, *Nehem.* 6.17. *Aff.* חֹרֶיהָ Liberos nobiliſſimos ejus, *Jeſ.*34.12. Huc revocamus, quia חָרַר Chaldæis & Syris eſt, *Liberum efficere, Libertare donare :* חַרְרָךְ Liberavit te, *Rom.* 8.32. נְחַרְרְכוֹן In libertatem afferet vos, *Job.* 8.32. אֲרֵי לָא אִתְחָרְרָה Non enim libertate donata eſt, *Levit.*19.20.

חר *Foramen, Caverna.* Huc pertinet ; nam Chaldaicè dicitur חוֹרָא & חֲרוֹרָא. Syrè חֲרוּרָא *Matth.* 19.24. *Apud Talmudicos*, מחט שניטל חרירה *Acus cujus ablatum eſt foramen.* Vulgò referunt ad חור, ex Quieſc. ſecundâ. Hinc ergo וַיִּקֹּב חֹר Et perforavit foramen, 2 *Reg.* 12.9.

עַל חֹר Super foramen, *Jes.* 11.8. *Plural.* מִן הַחֹרִים Ex foraminibus, 1 *Sa.* 14.11. אֹרְגִים חֹרָי Texentes foraminosa opera, id est, retia, sive aulæa reticulata, *Jes.* 19.9. Sic R.Sal. & Chaldæus. Ab.Esra, Candidam telam, & sic est à חָיַר Est autem חֹרָי pro חֹרִים, cui simile infrà in חָשַׂף. *Irregulare & illud,* סַלֵּי חֹרִי Canistra foraminum, *Gen.* 40.16. id est, foraminosa, pro חֹרִים. Aut חֹרִי *Foraminosum opus, Foraminosus,* ut חָפְשִׁי *Liber.* R.Sal. explicat, *Canistra candida,* ex decorticatis virgulis, in quibus placentæ & crustulata lautiora deferri solent. Ab. Esra, *Canistra candida,* sc. panis. Hoc usu esset à חָיַר, ut antecedens. *Constr.* חֹרֵי עָפָר In foraminibus vel cavernis terræ, *Job.* 30. 6. *Aff.* חֹרָיו Foramina sua, *Nah.* 2.12. בְּחֹרֵיהֶן In foraminibus suis, *Zach.* 14. 12. *Et cum Schurek,* הָפֵחַ בַּחוּרִים Illaqueando in foraminibus, *Jes.* 42.22. Porrò חֹר per Synechdochen speciei est *Podex,* Foramen ventris posterioris, unde excrementa exeunt: inde per metonymiam, חֹרִים *Excrementa,* appellatione obscænâ. Ubi ergo hoc sensu vocabulum hoc occurrit, ibi Scribæ legendum substituerunt aliud vocabulum in auribus honestius, cujus vocales præcedenti voci subjecerunt: ut, לֶאֱכֹל אֶת־חֹרָאֵיהֶם Ad comedendum excrementa sua, *Jes.* 36.12. quod legendum צוֹאָתָם Egesta sua, quæ vox in margine posita est. Juxta consonas autem legendum fuisset חֲרָאֵיהֶם vel חֲרֵיהֶם nam א adventitium. Vide infrà in טחר.

מַחֲרוֹת f. p. *Latrinæ,* loca, ubi excrementa deponuntur. Et hæc vox pronunciatu obscæna: unde alienæ vocales ipsi adjectæ, & alia vox, cujus vocales istæ propriæ, pro ea legitur, quæ idcirco ad marginem posita: ut, וַיְשִׂמֻהוּ לְמַחֲרָאוֹת Et disponebant illud in latrinas, 2 *Reg.* 10.27. legendum, לְמוֹצָאוֹת, quæ vox נקיה יתר honesta & pura magis, ut Hebræi ajunt. Singulare esset מַחוֹר formæ מָעוֹן.

חרוונים

חֲרֵיוֹנִים m. p. *Excrementa columbarum*, 2 *Reg.6.25*. Vox composita, & similiter obscæna. Juxta consonas essent duæ voces חֲרֵי יוֹנִים *Excrementa columbarum*: At quia & hîc חֲרִים obscænum, ut in antecedentibus, ideo legendum substituerunt in margine דִּבְיוֹנִים, de qua vide דָּב. Ita prisci Hebræorum, honestati, in legendo & pronunciando Verbo Dei sancto, consulere voluerunt, ut quæ vocabula in communi & profano usu obscæna, in re sacra aures cujusquam non offenderent. Hinc Traditio, quæ legitur in Cod. Talmudico Megilla, *cap.3*.in fine. כל המקראות הכתובין בתורה לגנאי קורין אותן לשבח: Id est, *Omnes voces, quæ scriptæ sunt in Lege obscænè, legunt eas honestè*. Vide & שחר.

חָרַשׁ *Aravit*: metaphoricè *Exaravit*; *Expressit*, *Impressit*, *Insculpsit*, *Fabricavit vel Fabricatus est*, *Machinatus est*: Item, *Surdum agere*, *Obsurdescere*, *Tacere*, *Conticescere*, *Silere*; sed id in Futuro tantùm, quando in Pathach desinit: *Præterit*. חָרְשׁוּ חֹרְשִׁים Araverunt aratores, *Psal.129.3*. *Particip*. חֹרֵשׁ נְחֹשֶׁת Fabricans æs, id est, faber ærarius, 1 *Reg*. 7.14. חֹרֵשׁ רָע Fabricatur malum, *Prov*. 6.14. *Plural*. חֹרְשֵׁי טוֹב Fabricantibus bonum, *Prov*. 14.22. *Partic. Præterit*. חֲרוּשָׁה Exaratum, id est, inscriptum, insculptum, *Jer*. 17.1. *Futur*. אַל־תֶּחֱרַשׁ Ne surdum agas, *Psalm*. 28.1. *Niph*. *Futur*. שָׂדֶה תֵחָרֵשׁ Ut ager arabitur, *Jer*. 26.18. *Hiph*. *Præter*. כִּי־הֶחֱרִשׁ לָהּ Cùm tacuerit ei, *Num*.30.15. *Part*. *ex prima significatione*, מַחֲרִישׁ הָרָעָה Tacitè fabricans malum, 1 *Sam*. 23.9. *Hithp*. *Futur*. וַיִּתְחָרְשׁוּ Et tacuerunt, *Jud*. 16.2.

חָרָשׁ m. *Faber*, *Artifex*: מַעֲשֵׂה יְדֵי חָרָשׁ Opus manuum artificis, *Deuter*. 27.15. *Constr*. חָרַשׁ בַּרְזֶל Faber ferri, id est, ferrarius, *Jesa*. 44.12. חָרַשׁ עֵצִים Faber lignorum, lignarius, *v*.13. & Kametz manet, quia est loco ejecti Dagesch, formæ גַּנָּב: *Plural*. חָרָשִׁים Artifices: *Constr*.

וְחָרָשֵׁי עֵץ וְחָרָשֵׁי אֶבֶן Fabros lignarios & fabros lapidum, id est, latomos, 2 *Sam.* 5. 11. Cùm est ex forma non dagessata, ut דָּבָר, tum primum Kametz mutatur: ut, וַחֲכַם חֲרָשִׁים Et sapientem artificum, id est, peritum artificem, *Jesa.* 3.3.

חֵרֵשׁ m. *Surdus*: כְּחֵרֵשׁ לֹא אֶשְׁמָע Tanquam surdus non audio, *Psal.* 38. 14. *Plur.* הַחֵרְשִׁים שְׁמָעוּ O surdi audite, *Jesa.* 42. 18.

חֶרֶשׁ m. *Silentium*, & adverbialiter, *Silenter*, *Clàm*, ut *Jos.* 2. 1. [ubi subauditur ב] pro בְּחֶרֶשׁ.

חָרִישׁ m. *Aratio*, *Gen.* 45. 6. *Aff.* לַחֲרֹשׁ חֲרִישׁוֹ Ad arandum arationem suam, 1 *Sam.* 8.12.

חֹרֶשׁ masc. *Sylva*, *Saltus*, *Virgultum*, densum & implexum, faciendæ umbræ commodum, ut Kimchi scribit in Com. *Ezech.* 31.3. הַחֹרֶשׁ וְהָאָמִיר Virgulti & rami summi, *Jes.* 17. 9. quod per Tzere scribitur. *Cum* ה *locali*, חֹרְשָׁה In sylvam, 1 *Sam.* 23. 16. *Plural.* וּבֶחֳרָשִׁים Et in saltibus, 2 *Par.* 27. 4. Regio Dumis horrida. H.

חֲרִישִׁית f. *Silens*: רוּחַ קָדִים חֲרִישִׁית Ventum orientalem silentem, *Jonæ* 4. 8. Sic Chaldaicè, שְׁתִיקָא Silentem, id est, subtilissimum & tenuissimum, qui æstum solis subtilitate suâ magis augebat, quàm ut perspirando corrigeret.

חֲרֹשֶׁת f. *Artificium*, *Fabrefactura*, *Exod.* 31.5. Est & *Proprium nomen loci*, *Jud.* 4.31.

מַחֲרֵשָׁה f. *Rutrum* vel *Sarculum*: *Aff.* וְאֶת מַחֲרַשְׁתּוֹ Et rutrum suum, 1 *Sam.* 13.20. *Plural.* לַמַּחֲרֵשׁוֹת Pro rutris. *vers.* 21.

מַחֲרֶשֶׁת f. *Vomer*: *Aff.* אֶת־מַחֲרַשְׁתּוֹ Vomerem suum 1 *Sam.* 13. 20.

חֶרֶשׂ m. *Testa*: וּכְלִי חֶרֶשׂ Et vas testæ, id est, testaceum, *Levit.* 6.28. *Plural. Constr.* אֶת־חַרְשֵׂי Cum testis, *Jesa.* 45. 9. *Affix.* וְאֶת־חֲרָשֶׂיהָ Et testas ejus, *Ezech.* 23. 34.

חרת

חרת Exaravit, Exsculpsit: Part. Pahul. חָרוּת עַל־הַלֻּחֹת Insculpta tabulis, Ex. 32.16. [Nec alibi extat.]

חשב *Cogitavit, Excogitavit, Existimavit, Putavit, Imputavit, Reputavit; Æstimavit:* Construitur sœpè cum Præpositionibus אֶל, עַל & לְ : Præt. וְחָשַׁב עֲלֵיהֶם מַחֲשָׁבָה Cogitat contra vos cogitationem, *Jer.* 49. 30. ubi scribitur עֲלֵיהֶם Contra eos, sed legendum juxta Masorethas, עֲלֵיכֶם Contra vos: חָשַׁב אֶל יוֹשְׁבֵי Cogitavit contra habitatores Theman, *v.* 20. *Chald. Partic. Pehil,* חֲשִׁיבִין *Reputantur, Dan.* 4.2. *Futurum* אַל־יַחֲשָׁב־לִי אֲדֹנִי עָוֺן Ne imputet mihi Dominus meus iniquitatem, 2 *Sam.* 19.19. וַיַּחְשְׁבֶהָ לְשִׁכֹּרָה Et reputabat eam pro ebria, id est, esse ebriam, 1 *Sam.* 1.13. Similem locutionem vide *Gen.* 38.15. *Niph.* נֶחְשַׁב *Imputari, Reputari, Æstimari, Annumerari: Præt.* וְנֶחְשַׁב לָכֶם Et imputabitur vobis, *Num.* 18.27. *Futur.* וַתֵּחָשֶׁב־לוֹ Et reputatum est ei ad justitiam, *Psal.* 106.13. *Pih.* חִשֵּׁב *Cogitare, Excogitare: Reputare, Supputare, Numerare: Præter.* וְחִשַּׁב עִם קֹנֵהוּ Et supputabit cum emptore suo, *Lev.* 25.50. *Futur.* יְחַשְּׁבוּ רָע Cogitant malum, *Hos.* 7.15. *Hithp. Futur.* יִתְחַשָּׁב Annumerabitur, Annumerabit seipsum, *Num.* 23. 9.

חֹשֵׁב m. *Cogitans, Artifex,* quasi Cogitabundus : *Artificium :* מַעֲשֵׂה חֹשֵׁב Opere artificis vel artificii, id est, artificiosissimo, *Exod.* 26.1, 31. Apud priscos legitur : רוֹקֵם *est opus acus, hoc est, acupictoris, ideoque habet tantùm faciem unam :* מַעֲשֵׂה חוֹשֵׁב *est textoris sive textile, ideoque habet duas facies, utrinque scil. eandem faciem referens,* Codic. Talmudico *Joma cap.* 7. *fol.* 72. Hinc R. Solomonis & Ab. Esræ glossæ textæ sunt.

חֵשֶׁב m. *Cingula,* quâ Ephod induebatur & applicabatur Sacerdoti, & ornabat ipsum, scribit R. Salomon, *Exod.* 28.8. à singulari artificio nomen habens.

חֶשְׁבּוֹן m. *Cogitatio, Supputatio, Ratio, Ratiocinium : Eccles.* 7.26.

חִשְּׁבֹנוֹת m. p. *Idem:* חִשְּׁבֹנוֹת רַבִּים Ratiocinia plurima, *Eccles.*7.30. חִשְּׁבֹנוֹת מַחֲשֶׁבֶת חוֹשֵׁב Excogitata cogitatione artificis, 2 *Par.*26.15. Est formæ קִלְּשׁוֹן.

מַחֲשָׁבָה vel מַחֲשֶׁבֶת f. *Cogitatio, Excogitatio. Exod.*35.33. *Aff.* מַחֲשַׁבְתּוֹ Cogitatio ejus, *Esth.* 9.25. *Plural.* מַחֲשָׁבוֹת חָשְׁבוּ Excogitaverunt cogitationes, *Jer.*11.19. *Constr.* מַחְשְׁבוֹת רָע Cogitationes mali, *Prov.*15.26. *Aff.* עָמְקוּ מַחְשְׁבֹתֶיךָ Profundæ sunt cogitationes tuæ, *Psal.* 92. *vers.* 6.

חָשָׁה *Siluit, Tacuit, Mutus fuit: Infin.* עֵת לַחֲשׁוֹת Tempus silendi, *Eccles.*3.7. *Hiph.* הֶחֱשֵׁיתִי *Silui, Psal.*39.3. Et active, *Part. Plural.* מַחְשִׁים לְכָל־הָעָם Silentium indixerunt omni populo, Silere jusserunt, Represserunt universum populum, *Neh.*8.11.

חֲשַׁח *Chald.* Opus, Necesse habuit: *Partic. Plural.* לָא חַשְׁחִין אֲנַחְנָא *Non est necesse nobis, id est,* לָא צְרִיכִין, *ut Hebræi exponunt, vel* לָא חוֹשְׁשִׁין *Non sumus soliciti, Dan.*3.16. *Plur. fœm.* וּמָה חַשְׁחָן *Et quæ opus sunt. Esr.* 6. 9.

חַשְׁחוּת f. *Chald.* Necessarium, *Esr.* 7. 20.

חָשַׁךְ *Obscurus, Obscuratus fuit, Tenebrosus, Obtenebratus fuit: Præterit.* חָשַׁךְ הַשֶּׁמֶשׁ Tenebrosus erit sol, *Jesa.* 13.10. *Hiph.* הֶחְשִׁיךְ *Obtenebravit, Tenebras attulit, Tenebras effecit vel induxit: Præter.* וְהַחֲשַׁכְתִּי לָאָרֶץ Tenebras obducam terræ, obtenebrabo terram, *Amos* 8.9. *Partic.* מַחְשִׁיךְ עֵצָה Obtenebrans consilium, *Job.*38.2. *Futur.* בְּטֶרֶם יַחְשִׁךְ Antequam tenebras efficiat, *Jer.* 13.16. cum defectu Joth.

חֹשֶׁךְ m. *Tenebræ, Gen.* 1. 2. *Aff.* יַגִּיהַּ חָשְׁכִּי Illustrat tenebras meas, 2 *Sam.*22.29. *Chald.* יָדַע מָה בַחֲשׁוֹכָא *Novit quæ in tenebris sunt, Dan.*2.22.

חֲשֻׁכִּים m. p. *Obscuri, Ignobiles homines, quos fama obscura recondit,* ut Virgil. loquitur, *Prov.*22.29.

חֲשֵׁכָה f. *Tenebræ, Obtenebratio:* חֲשֵׁכָה גְדֹלָה Tenebræ

כַּחֲשֵׁיכָה Sicut Tenebræ. Ps. 139. 12.

bræ magnæ, *Genes.* 15. 12. *Constr.* חֶשְׁכַת־מַיִם Tenebras aquarum, *Psal.* 18. 12. id est, atras nubes, quæ obscuritatem efficiunt: *Plurale masc.* הָלַךְ חֲשֵׁכִים Ambulat in tenebris, *Jesa.* 50. 10.

מַחְשָׁךְ m. *Tenebræ, Tenebrosus vel Tenebricosus locus:* מְיֻדָּעַי מַחְשָׁךְ Noti vel familiares mei sunt mihi tenebræ. *Psal.* 88.19. R. Salomon, *Obscuratus sum & desertus à familiaribus meis: Plural.* בְּמַחֲשַׁכִּים In tenebrosissimis locis, *vers.* 7. *Constr.* מַחֲשַׁכֵּי־אֶרֶץ Obscura loca terræ, *Psal.* 74.20.

חָשַׂךְ *Cohibuit, Subtraxit:* וְלֹא־חָשַׂךְ מִמֶּנִּי Et non subtraxit à me quicquam, *Gen.* 39.9. *Niph. Futur.* יֵחָשֶׂךְ רָע Subtrahitur malus, *Job.* 21. 30.

חֲשַׁל *Chald.* Debilitavit: *Part.* מְהַדֵּק וְחָשֵׁל *Comminuens & debilitans, Dan.* 2. 40. *Niph.* Heb. [Semel] *Partic.* הַנֶּחֱשָׁלִים Qui debiles, vel, debilitate affecti erant, *Deut.* 25.18. [per metath. à חלש.]

חַשְׁמַל masc. *Pruna* summè ignita, adeóque ardentissima, quasi, חַשׁ מָל Festinanter excidens & consumens: [Extat bis, ut] כְּעֵין חַשְׁמַל Velut color prunæ ignitissimæ, *Ezech.* 1. 4, 27. *Cum* ה *paragogico,* הַחַשְׁמַלָה, *cap.* 8. 2. Formæ, אַרְגָּז. Fulmen aut Fulgur. H

חַשְׁמַן m. *Magnus, Primus:* חַשְׁמַנִּים *Magnates, Optimates, Psal.* 68.32. [Alibi non legitur.] Notat Elias in suo Thischbi, *Cardinales* in Italia à Judæis vocari *Chaschmannim.* Formæ אַרְגָּז.

לאך מַלְאָךְ *Legatus, Nuncius: Angelus:* qui ſic dicitur à Functione, quam Deus ipſi imponit, à מְלָאכָה Functio. Conſtructum, מַלְאַךְ יְהוָה Angelus Domini, *Gen.*16.7. *Aff.* מַלְאָכוֹ Angelum ſuum, *Gen.*24.40. *Plur.* מַלְאָכִים Nuncios, *Gen.*32.3. Conſtructum, מַלְאֲכֵי Angeli Dei, *Geneſ.* 32.1. *Aff.* מַלְאָכָיו Nunciorum ſuorum, 2 *Par.*36.15. מַלְאָכֵכֵה Nunciorum tuorum, *Nah.*2.13. [pro מַלְאָכַיִךְ, ubi ה paragog. eſt] cum Tzere loco Kametz. *Chald.* מַלְאֲכֵהּ *Angelum ſuum, Dan.*3.28.

מַלְאָכוּת f. *Legatio:* Conſtructum, בְּמַלְאֲכוּת יְהוָה In legatione Domini, *Hag.*1.13.

מְלָאכָה f. *Opus, Functio, Artificium, Ars.* Kimchi vult, ſic eſſe

esse pro מַלְאָכָה formæ מַמְלָכָה,ut liquet etiam ex plurali constructo. Significatur autem hoc nomine Res & substantia quævis circa quam opera & industria collocatur, ut 1 *Sam.*15.9.& *Gen.* 33.14. *Constr.* מְלֶאכֶת עוֹר Opere pelliceo,*Lev.*13.48.semel cum defectu א,לִמְלֶכֶת הַשָּׁמַיִם Operi cælorum, *Jer.* 7. 18. quod repetitur, *Jer.*44.17. R.Salom. Reginæ cælorum, quasi à מַלְכָּה. *Affix.* לִמְלַאכְתּוֹ Operi suo, 2 *Par.* 8. 9. *Plural.* מְלָאכוֹת. *Constr.* מַלְאֲכוֹת הַתַּבְנִית Opera structuræ, 1 *Par.*28.19. *Affix.* מַלְאֲכוֹתֶיךָ Opera tua, *Psal.*73.28.

* לְאֹם Vide in אמם.

לבא לָבִיא m. *Leo immanis*, & annosus quidem, sed decrepito, qui לַיִשׁ dicitur,junior,cùm dentes molares ei attribuantur, *Joel.*1.6. & catuli, *Job.* 4. 11. vide ארה. *Plur.* לְבָאִם Immanes leones, *Psal.* 57. 5. *Fœmin.* לְבִיָּא *Leæna*, *Ezech*,19.2. *Plur* cum *Aff.* לְלִבְאֹתָיו Leænis suis, *Nah.* 2. 12. Quidam à sequenti Nomine deducunt, quasi Leonem cordatum & animosum dicas.

לבב m. *Cor*, *Animus* : *Construct.* לְבַב אֱנוֹשׁ Cor hominis, *Psalm.*104.15. בִּלְבַב יַמִּים In cor marium, id est, Intimam partem,quia cor est in intima parte pectoris,*Jon.*2.4. Sic, ἐν τῇ καρδίᾳ τῆς γῆς, In corde terræ, *Matth.* 12. 30. Et Virg. Detumuere animi maris. Aff. בִּלְבָבְךָ In animo tuo, *Deut.* 9. 4. לְבַבְכֶם Cor vestrum, *Numer.* 35. 19. *Plural.* cum *Aff.* לִבְבֵיהֶן Ad corda sua, *Nah.*2.7. Et formâ fœmininâ, לְבָבוֹת Corda, 1 *Par.* 28. *v.* 9. *Chald. Constr.* וּלְבַב *Et cor*, *Dan.*7.4. לִבְבָךְ *Animum tuum*, *Dan.*5.22. לִבְבֵהּ *Animus ejus*, *Dan.*5.20.

לֵב m. idem : בְּלֵב וָלֵב Cum corde & corde, id est, Duplici corde,cujus unum in ore,alterum in pectore,*Ps.*12. *v.*3. sic alibi est בְּלֹא לֵב וָלֵב Absque corde & corde, id est, Integro animo, 1 *Par.*12.33. בְּלֶב־יָם In corde maris, *Exod.* 15. 8. בְּלֵב הָאֵלָה In cor quercus, id est, per mediam quercum, 2 *Sam.* 18. 14. *Aff.* בְּלִבְּךָ In animum tuum, *Prov.*2 10. *Chald.* בְּלִבִּי *In animo meo*, *Dan.*7.28.

לִבָּה f. *Idem*: *Aff.* לִבָּתֵךְ Animus tuus, *Ezech.* 16.30. *Plural.* לִבּוֹת Corda, *Psal.* 7.10. *Aff.* לִבֹּתָם Corda eorum, *Jes.* 44.18. בִּלְבוֹתָם In animis suis, *Psal.* 125.4. בְּלַבַּת Vide infrà in לַהַב. Nam si hinc esset, dici debuisset, בְּלִבַּת cum Chirek sub Lamed, ut notat Aben Esra, *Exod.* 3.2. *Liba,*

לְבִבוֹת f. p. *Mattyæ, Lagana, Placentæ suaves & gratæ*, quasi Cordialia, aut Cordis refectoria dicas, 2 *Sam.* 13. *vers.* 6.

נִלְבַּב *Niph. Cordatus fieri*: *Futurum*, יִלָּבֵב Cordatus fiat, *Job.* 11.12. *Pih. Præterirum*, לִבַּבְתִּנִי *Rapuisti animum meum*, juxta Aben Esram, *Cant.* 4.9. R. Salomon, *Traxisti animum meum ad te*, q. d. Incordiasti me. Talmudici prisci, *Copulasti cor meum cum tuo*: unde & לְבוּבִין *Copulati*, scilicet *Copulis*, quibus duo animalium pedes copulantur, ut conjunctim eant, Cod. Schabbath *cap.* 5. *fol.* 53. Syrè ex prima significatione לַבֵּבוּ Animum addite, 1. ad *Thessal.* 5.14. אֶתְלַבְּבוּ Bono animo estote, *Mat.* 14.27. Futurum ex alia significatione וּתְלַבֵּב *Et placentet*, placentas aut mattyas paret, 2 *Sam.* 13.6. & sic *v.* 8.

* לבד Vide in Rad. בדד.

לבט

Niph. נִלְבַּט *Conturbari, Conturbare se*: *Fut.* [bis] יִלָּבֵט Conturbabitur, *Prov.* 10.10. Aben Esra, *Corruet*, Pœnas dabit: Quidam. *Vapulabit*. [Et *Hos.* 4.14.]

לבן

Hiph. הִלְבִּין *Albuit, Albus evasit, Dealbavit*: *Præt.* הִלְבִּינוּ Albi evaserunt, *Joel.* 1.7. *Fut.* אַלְבִּין Albescam, *Psal.* 51.9. Et transitivè, *Infin.* [cum defectu ה charact.] וְלַלְבֵּן Et ad dealbandum, *Dan.* 11.35. *Hithp. Futur.* וְיִתְלַבְּנוּ Et dealbabuntur, *Dan.* 12.10.

לָבָן m. *Albus*: Et interdum substantivè, *Album, Albor*, *Gen.* 30.35. *Construct. irregulare in Segol*, וּלְבֶן־שִׁנַּיִם Et albus dentibus, *Gen.* 49.12. *Plural.* סוּסִים לְבָנִים Equi albi, *Zach.* 6.3. *Fœmin.* לְבָנָה Alba, *Levit.* 13.24. *Plur.* פְּצָלוֹת לְבָנוֹת Decorticata alba, *Gen.* 30.27. Et substantivè.

לְבָנָה f. *Luna*, *Jes.*24.23. ab Albedine sic dicta: Pallor enim ac rubedo accidentales ejus colores sunt.

לִבְנֶה m. *Populus alba*, arbor, *Gen.*30.37. *Hos.*4.13 *Fagus*

לְבֹנָה f. *Thus*, à Candore, *Cant.*4.14.

לְבָנוֹן m. *Libanus mons*, à Thuris copia, ut quidam volunt. Præcipuè à cedris præstantissimis laudatus fuit, ex quibus propterea Salomon Templum ædificavit, quod inde vocatur *Libanus*, *Zach.*11.1. per metonymiam, quòd ex lignis montis Libani esset exstructum.

לְבֵנָה f. *Later*, ab albore dictus, quòd dum excoquitur igne, Albescit, *Gen.*11.3. Item, *Pavimentum*, *Pavimentatio lateritia*: *Construct.* לִבְנַת סַפִּיר Pavimentatio Sapphiri, *Exod.*24.10. id est, Pavimentatum Sapphiro, pro lateribus. Est sicut חֶשְׁכַת ab integro חֲשֵׁכָה Tenebræ. *Plurale*, לְבֵנִים Lateres, *Genes.*11.32. *Aff.* מִלְּבְנֵיכֶם De lateribus vestris, *Exod.*5.19.

לָבַן *Lateres formare*, quasi laterificare dicas: *Futur.* נִלְבְּנָה Laterificemus, Formemus lateres, *Gen.* 11. 3. *Et Infinit.* לִלְבֹּן Ad formandum lateres, *Exod.*5.7.

מַלְבֵּן m. *Fornax latereria*, *Nah.*3.14. וְהֶעֱבִיר אוֹתָם בַּמַּלְכֵּן Et traduxit eos per fornacem laterariam, id est, Combussit eos in loco ubi lateres uruntur, 2 *Sam.* 12. 31. & scriptum est cum Caph, sed juxta Masorethas legendum per Beth בַּמַּלְבֵּן: Aut, ut Kimchi præter præcedentem explicationem notat; Traduxit eos per Molecum, id est, Locum Moleci Dei Ammonitarum, in quo liberos traducebant per ignem, & comburebant eos. Sic idem sunt מֹלֶךְ, מַלְכֵּן, מִלְכּוֹם.

לָבַשׁ *Vestivit se*, *Induit*. *Præterit.* וְלָבַשׁ בְּגָדִים Et induet vestes alias, *Levit.* 6. *v.* 11. *Et in Tzere*, לָבֵשׁ *Psal.*93.1. *Chald. Futur.* תִּלְבַּשׁ *Indues vel Induêris*, *Dan.*5. *v.* 16. יִלְבַּשׁ *Induetur*, *Dan.* 5. 7. *Pyh. Particip.* מְלֻבָּשִׁים Induti, 1 *Reg.* 22. 10. *Hiph.* הִלְבִּישׁ *Induere fecit*, *Induit*, *Vestivit alium*: *Præter.* וְהִלְבַּשְׁתָּ Et indues eos, *Ex.*28.41.

Chald.

Chald. וְהַלְבִּישׁוּ לְדָנִיֵּאל *Et induerunt Danielem, Dan.* 5.29.

לְבוּשׁ m. *Indumentum, Vestimentum, Vestis* : *Esth.*6.8. *Aff.* לְבוּשׁוֹ Indumentum suum, *Genes.* 49. 11. *Plural. Constr.* לְבֻשֵׁי תְכֵלֶת Indutis hyacinthino, *Ezech.* 23. 6. *Affix.* בִּלְבֻשֵׁיהֶם Vestimentis suis, *Thren.* 4. 14. *Chald.* לְבוּשֵׁהּ *Vestimentum ejus, Dan.* 7. 9. לְבוּשֵׁיהוֹן *Vestimentis suis, Dan.*3.21. Rabbini etiam fæminino utuntur לְבוּשָׁה, unde Talmudici : לְבוּשָׁה dicitur quasi לא בושה *Non pudor* : vestiendo enim & tegendo facit, ut hominem nuditatis suæ non pudeat, Scabbath, *fol.*77.2.

מַלְבּוּשׁ m. idem, *Job.*27.16. *Affix.* וּמַלְבּוּשֵׁךְ שֵׁשׁ Et vestimentum tuum fuit xylinum, sive byssinum, *Ezec.*16.13. Plurale, מַלְבּוּשַׁי Vestes meas, *Jes.* 63. 3. וּמַלְבֻּשֵׁיהֶם Et vestitum eorum, 1 *Reg.*10.5.

תִּלְבֹּשֶׁת f. *Vestitus, Jes.* 59. 17.

* לגם אַלְגּוּם, vide in litera א.

להב m. *Flamma* : metaphoricè *Gladius, Mucro, Acies, Lamina flammans* : וְלַהַב חֶרֶב Et flammam gladii, *Nah.* 3. 3. אַחַר הַלַּהַב Post mucronem, *Jud.* 3. 22. *Plur.* לְהָבִים Flammæ, *Jes.* 13. 8. Constructum, בְּלַהֲבֵי אֵשׁ In flammis igneis, *Jes.*66.15.

לֶהָבָה, לַהֶבֶת f. idem, *Jesa.* 4. 5. *Ezech.* 20. 47. posterior hæc in Regimine usurpatur : ut, לַהֶבֶת חֲנִיתוֹ Lamini hastæ ejus, 1 *Sam.*17.7. Hinc contractum בְּלַבַּת אֵשׁ In flamma ignis, *Exod.* 3.2. pro בְּלַהֶבֶת vel לַהֶבֶת : *Plural.* לֶהָבוֹת *Psal.* 105.32. *Construct.* לַהֲבוֹת אֵשׁ In flammas ignis, *Psal.*29.7.

שַׁלְהֶבֶת f. idem, *Ezech.*20.47. [*& Job.*15.30.] Prosthesin literæ ש habet ex usu Chaldæis frequenti, quibus שַׁלְהוֹבִיתָא *Flamma.* Hinc compositum שַׁלְהֶבֶתְיָה Flamma Dei, *Cant.* 8. 6. id est, maxima & vehementissima. Masorethæ notant, juxta Ben Ascher, vocem esse unicam: Aben Esra mavult esse duas, & יָהּ nomen divinum, subjunctum esse, ut אֵל & אֱלֹהִים etiam aliis vocibus simili sensu subjungi solent.

להג

להג m. *Lectio, Studium:* [Extat semel] לַהַג הַרְבֵּה Lectio multa, fatigatio carnis est, *Eccl.* 12.12.

להה *Insanire, Furere:* [Semel] Futurum per apocopam, וַתֵּלַהּ Et furebat, *Gen.*47.13. ubi Pathach loco Sægol propter ultimam gutturalem, quæ ob id cum Mappik est, vide simile in כָּהָה. Chaldæus reddit וְאִשְׁתַּלְהִי Et laborabat, fessa, languida erat, quasi cum לאה conveniens. *Hithp.* [Semel] Participium ex geminatis duabus literis, כְּמִתְלַהְלֵהַּ Sicut insaniens, *Pro.* 26.18.

להט *Ardere, Flammare:* Participium, אֵשׁ לֹהֵט Ignem flammantem, *Psal.* 104.4. *Plur.* לֹהֲטִים Flammantes, Incendiarii, qui aliorum animos mendaciis & calumniis inflammant & irritant, *Psal.* 57.5. *Pih.* לִהֵט Inflammavit, Accendit, Incendit: *Præterit.* וְלִהַט אֹתָם Et inflammabit eos, *Malach.* 4.1. [*al.*3.19.] לִהֲטָה Inflammavit, *Joel.* 1.19. Futurum, תְּלַהֵט לֶהָבָה Accendit flamma, *Psal.* 83.15.

לַהַט m. *Flamma, Lamina flammans, Genes.* 3.24. *Plural.* בְּלַהֲטֵיהֶם vide in לוט.

להם *Hithp.* הִתְלַהֵם *Blandiri:* vel juxta quosdam, *Contundi, Conteri,* per metathesin cum הלם conveniens. [Legitur bis in] *Particip.* כְּמִתְלַהֲמִים *Sicut blandientium, Prov.* 18.8. & 26.22. Vel, Quasi *contusorum*, eorum scil. qui ostendunt se percussos & fractos, ut alios ad commiserationem commoveant.

לָהֵן *Chald.* Quamobrem, Itaque, *Dan.* 2.6.9. Nisi, Præterquam, *Dan.*6.6.

להק לַהֲקָה f. *Congregatio, Cœtus:* [Extat semel in] Constract. אֶת־לַהֲקַת הַנְּבִיאִים Cœtum Prophetarum, 1 *Samuel.* 19. *vers.* 20. per metathesin pro קְהִלָּה.

לוּ *Utinam, Gen.* 17.18. *Quæso, Genes.* 23.13. *Fortassis, Gen.*50.15. *Si, Jud.*8.19. Et cum א paragog. לוּא *Utinam,*

nam, Jesa. [63.19. *al.*64. 1.] וְלֹא *Etiamsi*, 2 *Sam.*18.12. *Et compositum,* לוּלֵא *Nisi*,*Gen.*43. 10. ubi Masorethæ notant, reperiri sic quater : vel לוּלֵי , *Gen.*31.42. quasi ex לוּ & לֹא.

לֹג m. *Sextarius, Levit.* 14. 12. Mensura liquidorum minima, vigesima quarta pars Seæ sive Sati, sex ova continens, scribit Kimchi in lib. Rad.

לָוָה *Mutuatus est, Mutuo accepit* : Item *Adhæsit* : *Præt.* לָוִינוּ Mutuamur, *Neh.* 5.4. *Particip.* לֹוֶה *Mutuo accipit, Psal.*37.21. *Futur.* יִלְוֶנּוּ Adhæret, Adjacet ei, *Eccles.*8.14. *Niph.* נִלְוָה *Adhæsit, Adjunxit se, Adjunctus fuit* : וְנִלְוּוּ עֲלֵיהֶם Et adjungent se ipsis multi, *Dan.* 11. 34. *Hiph.* הִלְוָה *Mutuavit, Mutuo dedit* : *Præt.* וְהִלְוִיתָ גּוֹיִם רַבִּים Et mutuabis gentibus multis, *Deut.*28.12. *Particip.* מַלְוֶה Mutuo dans, *Psal.*112.5. *Futur.* תַּלְוֶנּוּ Mutuabis ei; יַלְוְךָ Mutuabit tibi, *Deut.*28.44.

לִוְיָה f. *Adjunctio, Adjectio*: *Construct.* לִוְיַת חֵן Additamentum gratiæ, *Prov.*1.9.

לִוְיָתָן m. *Balæna, Leviathan* Vulgò, *Job.* 3. 8. & 40. 20. *Psal.*74.14. *Jesa.*27.1. *Psal.* 104. 26. *Jobi* 3. R. Levi exponit per אֶבְלָם *Luctum suum*, ut Nun sit affixum pro Mem. Eâ significatione apud Rabbinos legitur, אשה לא תעורר לויתה במועד : Mulier non excitet luctum suum in festo. Sic Aben Esra, & quidam ex nostris.

ליורת f. *Adjectiones*, 1 *Reg.*7.29. Kimchi scribit י esse loco mediæ radicalis ו.

לֵוִי *Levi*, filius tertius Patriarchæ Jacobi ex Lea uxore, quasi Adhæsionis vel Conjunctionis filius dictus, quia sperabat Lea, maritum Jacobum Conjunctiorem futurum, & arctiori amoris vinculo adhæsurum ipsi, *Gen.*29. *v.* 34. Interdum gentile est, *Levita, Exod.*4.14. Levitæ, autem dicebantur, quòd Aharoni & filiis ipsius in ministerio sancto Adjuncti essent ad ministrandum illis: *Plur.* לְוִיִּם Levitæ, *Deut.*17.9. *Chald.* וְלֵוָיֵא *Et Levitæ, Esr.* 6. *vers.* 16.

לון

לון *Decessit. Recessit*: Futurum, יָלִיזוּ Decedant, *Prov.* 3. *v.* 21. *Niph. Particip.* נָלוֹז *Perversus*, qui à recto Recessit, *Prov.* 3.32. Constructum, וּנְלוֹז דְּרָכָיו Et perversus viis suis, *Prov.* 14.2. *Plur.* וּנְלוֹזִים Perversi verò, *Prov.* 2. *v.* 15. *Hiph. Futur.* יַלִּיזוּ Recedere faciant, *Prov.* 4.21. ubi euphoniæ causâ [(.) resoluitur in (-) & Dagesch,] pro יָלִיזוּ. נָלוֹז *Perversitas. Isa: 30.12.*

לוּז m. *Corylus*, [Semel] *Gen.* 30.37. *Amygdala. H*

לָזוּת f. *Pravitas*, *Prov.* 4.24. habet formam quasi à לזה.

לוּחַ m. *Tabula*: כָּתְבֵם עַל־לוּחַ לִבֶּךָ Scribe eas in tabula cordis tui, *Prov.* 3. 3. *Plural.* לוּחֹת Tabulæ, *Deut* 9.9. Duale, כָּל־לֻחֹתָיִם Omnia tabulata, utriusque scilicet lateris, atque adeò quasi gemina tabulata, *Ezech.* 27.5.

לַחַ Vide infrà in לחח.

לוט *Abscondit*, *Operuit*, *Involvit*, *Obvolvit*: quomodo convenit ei לָאַט. *Particip.* הַלּוֹט הַלּוֹט Operimenti istius obducti, *Jes.* 25.7. [prius est nomen, posterius Pahul kal,] cum Cholem pro הַלּוּט; *Fœm.* לוּטָה Involutus 1 *Sam.* 21.9 *Hiph. Futur.* וַיָּלֶט Et obvolvit, 1 *Reg.* 19.13.

לָט m. *Absconsio*: assumto ב adverbia fcit, בַּלָּט *Abscondite*, *Clâm*, *Ruth.* 3.7. & cum Epenthesi בַּלָּאט Clâm, Sensim, *Jud.* 4.21. Plurale, לְטִים *Incantationes*, quòd Occultæ sint & occultè fiant, aut fascino oculi spectantium obvolvantur & operiantur, ut veram rerum speciem non videant. *Affix.* בְּלָטֵיהֶם Incantationibus suis, *Exod.* 8.3. בְּלַהֲטֵיהֶם Incantationibus suis, *Exod.* 7.11. (ubi vide Ab. Esram) pro בְּלָאטֵיהֶם. Apud priscos Hebræorum sapientes legitur: בְּלָטֵיהֶם *Id opus est dæmonum*: בְּלַהֲטֵיהֶם *est opus præstigiatorum*, Cod. Sanhedrin, *cap.* 7. *fol.* 67.

לוֹט m. *Mastiche*, *Stacte*, *Ledanum*, *Gen*: 37.25. Variant interpretes. *Ledum ex quo Ladanum & Galbanum H.*

לוּל m. *Cochlea*: *Plur.* לוּלִים Cochleæ, Gradus cochleares,

leares, 1 *Reg.*6.8. Et fœmininum cum epentheſi, לֻלָאֹת *Loramenta, Laqueoli, Ligulæ, Exod.* 26.4. *Conſtr.* לֻלְאוֹת תְּכֵלֶת Laqueoli hyacinthi, *verſ.* 4.

לוּלֵא *Niſi*, Vide ſuprà in לוּ.

לוּן *Pernoctare, Divertere. Prætcr.* וְהוּא לָן Et ipſe pernoctavit *Gen.* 32. 21. לָנוּ Pernoctarunt, Diverterunt pernoctandi cauſâ, *Jeſa.* 10. 29. וְלָנוּ Et pernoctemus, *Jud.*19.13. per ſyncopam נ. *Fœmininum in Segol loco Kametz*, וְלָנָה Et pernoctabit, commorabitur, *Zach.*5.4. cui ſimile vide in זוּר: *Infinit.* לָלוּן Pernoctare, *Jud.*19. *verſ.* 10. *Hiph.* הֵלִין *Idem*: Item *Murmuravit. Præt.* הֲלִינֹתֶם Murmuraſtis, *Num.*14.29. *Partic.* מַלִּינִם Murmuratis, *Exod.* 16. 8. pro מַלִּינִים *Infin.* [cum defectu ה charact.] לָלִין Ad pernoctandum, *Gen.* 24. 23. *Futur.* וַיָּלֶן Et murmuravit, *Exod.* 17. 3. תָּלַן Pernoctabit, pro תָּלֶן, *Job.*17.2. *Et tranſitivum*, וַיַּלִּינוּ Et murmurare fecerunt, Ad murmurandum incitarunt, *Num.*14.36. ubi vocalis longa in brevem & Dageſch reſoluta eſt euphoniæ cauſâ: Simile vide in סוּת. *Niph. Futur.* וַיִּלֹּנוּ Et murmurarunt *Exod.*15.24. *Hithp. Futur.* יִתְלוֹנָן Pernoctabit, *Pſal.* 91. 1.

לָן m. *Pernox, Pernoctans*: *Plural.* לָנִים Pernoctes eſtis, *Nehem.*13.21. & eſt ſicut כֵּנִים à כּוּן.

מָלוֹן m. *Diverſorium, Hoſpitium, Jeſ.* 10. 29. *Conſtr.* מְלוֹן אֹרְחִים Diverſorium viatorum, *Jer.*9.2.

מְלוּנָה f. *Tegillum, Tuguriolum, Jeſa.* 1. 8. כַּמְּלוּנָה Ut tegillum, *Jeſa.* 24. 20.

תְּלוּנָה f. *Murmuratio*: *Plurale cum Dageſch*, תְּלוּנֹּת Murmurationes, *Exod.*16.12. *Aff.* תְּלוּנֹּתָם Murmurationes ipſorum, *Num.*17.10.

לוּעַ *Abſorberi, Deglutiri*: *Præter.* לָעוּ Deglutiuntur, *Job.*6.3. וְלָעוּ Et abſorbebunt, *Obad. verſ.* 16. *Pih. Fut. anomalum, ex geminato & tranſpoſito* ע, יְעַלְעוּ Sorbent, *Job.*39.33. pro יְלוֹעֲעוּ *Hiph. Futur.* יָלַע Quum deglutit,

glutit, *Prov.*20.25. & est ficut תָּלֵן in Fut. Hiph. præcedentis radicis, aut Pathach est ex crasi, pro יָלַע.

לוֹעַ m. *Gula, Fauces:* בְּלֹעֶךָ In fauces tuas, *Prov.*23.2.

לוּץ *Illudere, Deridere, Ludificare. Præter.* וְלַצְתָּ Si deriseris, *Prov.* 9. 12. *Hiph. Præter.* הֱלִיצוּנִי Derident me, *Psal.*119.51. *Futur.* יָלִיץ Deridet, *Prov.* 3. 34. אֱוִלִים יָלִיץ אָשָׁם Stultorum quisque deridet reatum, *Pr.*14.9. id est, Ornatis verbis oratorum more tegit & excusat delictum suum, aptè fucat & palliat, ut vulgò dicitur, quomodo Verbum hoc propriè significare vult Kimchi in libro Radicum, & inde demum *Deridendi* & *Ludificandi* fluere significatum. Alii aliter exponunt. *Partic.* מֵלִיץ Vide inter Nomina. *Hithp. Futur.* תִּתְלוֹצָצוּ Derideatis, Ludificemini, *Jesa.*28.22.

לֵץ m. *Derisor, Prov.*9.7. *Plural.* בְּמוֹשַׁב לֵצִים In sede derisorum, *Psal.* 1.1. לַלֵּצִים Derisoribus, *Prov.*19.29.

לוֹצֵץ m. *Idem: Plurale*, אֶת־לֹצְצִים Cum derisoribus, *Hos.*7.5.

לָצוֹן m. *Derisio, Prov.*1.22. & 29. 8. *Jesa.*28.14.

מֵלִיץ m. *Derisor:* Item, *Interpres, Orator, Genes.* 42. 23. *Plur. Constr.* בִּמְלִיצֵי שָׂרֵי בָבֶל Cum oratoribus principum Babel, 2 *Par.*32.31. *Aff.* וּמְלִיצֶיךָ Et oratores tui, *Jes.*43.27. מְלִיצַי Derisores mei, *Job.*16.20.

מְלִיצָה f. *Interpretatio, Prov.* 1.6. *Vid. Hab.* 2.6.

לוּשׁ *Depsere: Partic. fœmin.* וְהַנָּשִׁים לָשׁוֹת Et mulieres depsunt, *Jer.* 7. 18. *Infinit.* מִלּוּשׁ A depsendo, Ex quo subacta est vel subegit, scil. pistor massam, *Hos.* 7. v. 4. *Imper.* לוּשִׁי Depse, *Gen.* 18.6. *Futur.* וַתָּלָשׁ Et depsit, 1 *Sam.*28.24.

לְוָת *Chald. Ad, Apud; Aff.* מִן־לְוָתָךְ *De apud te, id est, A te, Esr.*4.12.

לָז c. *Ille, Illa, Iste, Ista*, sed semper cum præfixo ה, אֶל הַסֶּלַע הַלָּז In rupe ista, *Jud.* 6. 20. *Et cum* ה *in fine, quasi ex* זֶה & לָז *compositum;* הַלָּזֶה Ille, *Gen.* 24. vers. 65.

verſ. 65. Sic fit ex הו, הַלָּזוּ Hæc ipſa, *Ezech.* 36. 35.
לוז Unde formam habet לְוּזוּת, quod vide in לוז.

לחה לְחִי f. *Gena, Maxilla, Jud.* 15. 15. *Aff.* לֶחֱיוֹ Maxillam ejus, *Job.*40.21. *Duale,* וְהַלְּחָיַיִם Et ambas maxillas, *Deut.* 18.3. *Conſtr.* לְחָיֵי עַמִּים In maxillis populorum, *Jeſa.*30.28. *Aff.* לְחָיָו Genæ ejus, *Cant.*5.13. לְחָיַיִךְ Genæ tuæ, *Cant.* 1.10. עַל־לְחֵיהֶם Super maxillas eorum, *Hoſ.* 11.4. quod ab alia forma eſt.

לחח לַח m. *Virens, Recens, Gen.*30.37. *Plural.* יְתָרִים לַחִים Reſtibus virentibus, *Jud.* 16. 7. עֲנָבִים לַחִים Uvas recentes, *Num.*6.3.

לֵחַ m. *Viror, Viriditas, Humiditas: Aff.* לֵחֹה Viriditas ejus, *Deut.*34.7.

לחך *Lingere, Delingere: Infinit.* כִּלְחֹךְ Sicut Delingit *Num.*22.4. *Pih. Præter.* לִחֵכָה Linxit, 1 *Reg.* 18. *v.* 38. *Futur.* יְלַחֲכוּ Lingent, *Mich.* 7. 17.

לחם *Veſci: Pugnare, Impugnare, Oppugnare: Præter.* לָחֲמוּ לֶחֶם Veſcuntur pane, *Prov.* 4. 17. *Partic.* לוֹחֵם Oppugnans, oppugnator, *Pſalm.* 56. 2. *Plural.* לוֹחֲמִים Pugnantes ſunt, Pugnant, *Pſal.*56.3. *Imp.* לְחַם אֶת־לוֹחֲמָי Impugna oppugnantes me, vel oppugnatores meos, *Pſal.*35.1. *Partic. paſſivum,* לְחֻמֵי Exeſi, *Deut.*32. *v.*24. *Niph.* נִלְחַם *Pugnavit, Oppugnavit*: Cum ל ſive Dativo conſtructum, eſt *Pugnare cum aliquo*; Cum ב & עִם *Cum aliquo, tanquam hoſte*: Cum עַל *Contra aliquem*: Et ſic cum אֶל *Jer.*1.19. quod pro עַל ponitur. *Part.* נִלְחָם לָהֶם Pugnat pro eis, *Exod.* 14. 25. *Infin. in Cholem,* נִלְחֹם נִלְחַם Pugnando pugnavit, *Jud.*11.25.

לֶחֶם m. *Panis, Eſca, Cibus, Gen* 3.19. לֶחֶם פָּנִים Panis facierum, *Exod.*25.30. *Convivium, Epulum,* Eccl. 10. 19. *Aff.* לַחְמִי Cibum meum, *Num.* 28. 8. *Fructus eſculentus. Jer. 11. 19.*

לְחֶם *Chald. Convivium, Epulum:* עֲבַד לְחֶם רַב *Fecit convivium magnum, Dan.* 5. 1. cum Sægol, quod ſic amplius non occurrit. R. Sal. *Lev.*21.17. כל סעודה נקרא לחם

לחם Omne prandium vocatur לחם; ut, עבד לחם רב *Dan.*5.1. Et *Lev.*21.22. כל מאכל קרוי לחם Omnis cibus vocatur לחם.

לֶחֶם m. *Oppugnator, Debellator, Judic.*5.8. & habet præter morem Sægol loco Tzere, scribit Kimchi in Com. Regulare enim esset לֵחֵם *Oppugnans.*

לְחוּם m. *Cibus, Caro : Aff.* בִּלְחוּמוֹ In cibo ejus, *Job.*20. *v.*23. וּלְחֻמָם Et caro, corpus vel cadaver eorum, *Soph.*1. *v.*17. sic dictum, quòd sit Cibus vermium. Aben Esra & R. Salom. hîc tradunt; Carnem Arabicè vocari אל לחם. Quidam etiam hoc modo exponunt, *Num.*28.2. & *Job.* 6. 7.

מִלְחָמָה, מִלְחֶמֶת f. *Bellum, Gen.*14.2. 1 *Sam.* 17. 22. *Aff.* מִלְחַמְתּוֹ Belli ejus, 1 *Sam.* 8. 12. *Plur.* מִלְחָמוֹת Bella, *Jes.*42.13. *Constr.* מִלְחֲמֹת *Num.* 21. 14. מִלְחֲמֹתָיו Bella ejus, 2 *Par.*27.7.

לחן לְחֵנָה f. *Chald.* Concubina, Pellex. *Aff.* וּלְחֵנָתֵהּ *Et concubinæ ejus, Dan.* 5. 2. וּלְחֵנָתָךְ *Et pellex tua, Concubinæ tuæ, v.* 23.

לחץ *Pressit, Compressit, Depressit, Oppressit : Præter.* וְהוּא לָחַץ Si ipse oppresserat, *Jud.*4 3. *Partic.* הַלֹּחֲצִים Quæ opprimunt vos, 1 *Sam.* 10. 18. *Futur.* תִלְחַץ Opprimito, *Exod.* 23. 9. *Niph. Futur.* וַתִּלָּחֵץ Et compressit se, *Num.*22.25.

לַחַץ m. *Oppressio*, 1 *Reg.*22.27. *Aff.* לַחֲצֵנוּ Oppressionem nostram, *Deut.*26.7.

לחש *Mussitavit : Incantavit,* quod mussitando fieri solet : *Particip. Plural.* לְקוֹל מְלַחֲשִׁים Voci mussitantium vel incantantium, *Psal.*58.6. *Hithp. Particip.* מִתְלַחֲשִׁים Mussitantes inter se, submissè loquentes, 2 *Sam.*12.19. *Futur.* יִתְלַחֲשׁוּ Mussitant, *Psal.*41.8.

לַחַשׁ m. *Mussitatio, Submissa Oratio, Jesa.*26.16. Et generaliter, *Locutio, Elocutio, Pronunciatio, Jesa.*3.3. *Incantatio, Jer.*8.17. *Eccles.*10.11.

לְחָשִׁים m. p. *Amuleta*, *Jesa*. 3. 20. Ab. Esra scribit, esse characteres auro vel argento scriptos, formâ vel modo incantationis: Quidam, *Inaures*.

לטא לְטָאָה f. *Stellio*, reptile immundum. [Semel] *Lev*. 11. 30. R. Salom. *Lacertam* interpretatur.

לָטַשׁ *Acuit*, *Polivit*; Metaphoricè, *Erudivit*: *Particip*. לוֹטֵשׁ Acuentem, Acutè erudientem, *Gen*. 4. *v*. 22. *Infinit*. לִלְטוֹשׁ Ad poliendum, 1 *Sam*. 13. 20. *Futur*. יִלְטוֹשׁ Acuit, Vibrat, *Job*. 16. 9. יִלְטוֹשׁ Acuet, *Psal*. 7. *v*. 13. *Pyh*. *Partic*. כְּתַעַר מְלֻטָּשׁ Similis novaculæ acutæ, *Psal*. 52. 4.

לַיִל m. *Nox*: כְּלַיִל Sicut noctem, *Jesa*. 16. 3. *Constr*. לֵיל שִׁמֻּרִים Nox observationum, *Exod*. 12. 42. quod tamen etiam absolutum esse videtur citra constructionem, בְּלֵיל In nocte, Noctu, *Jes*. 15. 1. *Cum* ה *paragogico*, בַּלַּיְלָה לַיְלָה Nox, *Gen*. 14. 15. & manet masculinum; ut, הַלַּיְלָה הוּא Nocte ipsa, *Gen*. 19. 33. *Plural*. לֵילוֹת Noctes 1 *Sam*. 30. 12. *Chald*. דִּי לֵילְיָא *Noctis*, *Dan*. 2. 19. בֵּהּ בְּלֵילְיָא *In eadem nocte*, *Dan*. 5. 30.

לִילִית f. *Strix*, avis noctu volans, scribit Ab. Esr. *Jes*. 34. *v*. 14. *Lamia*, juxta quosdam.

לַיִשׁ m. *Leo vetus*: [Legitur ter, *Job*. 4. 12. *Prov*. 30. 30.] לָבִיא וָלַיִשׁ Immanis Leo, vetúsque leo, *Jesa*. 30. 6. Vide אַרְיֵה.

לָכַד *Cepit*, *Occupavit*, *Deprehendit*: *Futur*. *cum Aff*. יִלְכְּדֻנוֹ Capient ipsum, *Prov*. 5. 22. [pro יִלְכְּדוּהוּ, ubi ad יִלְכְּדוּ accedit ן parag. converso ו in (:) & affix. ו est pro הוּ. Vide simile in קָבַב.] *Niph*. נִלְכַּד *Captus*, *Deprehensus fuit*; *Partic*. הַנִּלְכָּד Qui deprehensus fuerit, *Jos*. 7. 15. *Futur*. יִלָּכֵד Capietur, *Jes*. 24. 18. *Hithp*. *Fut*. יִתְלַכְּדוּ Comprehendunt se, *Job*. 4. 18. Metaphoricè, יִתְלַכָּדוּ *Concrescunt*, *Congelantur*, *Job*. 38. 30.

לֶכֶד m. *Captura*: *Prov*. 3. 26.

מַלְכֹּדֶת fœm. *Decipula*: *Aff*. וּמַלְכֻּדְתּוֹ Et decipula eius, *Job*. 18. 10.

לולב Ramus, Spatula Palmæ. H.

לָמַד *Didicit: Præter.* וְלֹא לָמַדְתִּי חָכְמָה Neque didici ſapientiam, *Prov.* 30. 3. *Pih.* לִמֵּד *Diſcere fecit, Docuit, Ecclеſ.* 12. 9. לִמַּדְתַּנִי Docuiſti me, *Pſal.* 71. 17. *Pyh. Præterit.* לֻמָּד Edoctus, Aſſuetus, *Jerem.* 31. 18. in Kametz propter pauſam, quamvis etiam Participium præſens eſſe poſſit. *Part. Præt. Conſt.* מְלֻמְּדֵי־שִׁיר Docti muſices, 1 *Paral.* 25. 7. *fœm.* מְלֻמָּדָה Edocta, *Jeſ.* 29. 13.

לִמֻּד vel לִמֻּד m. *Eruditus, Doctus, Aſſuetus, Jer.* 2. 24. *Plur.* לְשׁוֹן לִמּוּדִים Linguam eruditorum, *Jeſa.* 50. *verſ.* 4. *Conſtr.* לִמּוּדֵי יְהוָה Edocti à Domino, *Jeſa.* 54. *verſ.* 13. *Aff.* בְּלִמֻּדָי Inter peritos meos, id eſt, qui à me edocti ſunt, hoc eſt, diſcipulos meos, *Jeſ.* 8. *verſ.* 16.

לָמוּד m. *Peritus: Plural. Conſtr.* וּלְמוּדֵי מִלְחָמָה Periti belli, 1 *Par.* 5. 18.

* כִּלְמַד *Kilmad*, Medorum provincia, vel Kilmadæus, *populus*, *Ezech.* 27. 23. Quibuſdam eſt appellativum conſtructum, *Quaſi edoctus, & aſſuetus*, ſcil. mercari tecum, ut Kimchi monet in Commentariis, à לָמַד.

מַלְמָד m. *Stimulus*, ſic dictus, quòd boves Doceat arare: *Conſtr.* בְּמַלְמַד הַבָּקָר Cum ſtimulo bovis, *Jud.* 3. 32.

תַּלְמִיד m. *Diſcipulus*, diſcens ab alio, 1 *Par.* 25. 8.

* לְמַעַן Vide in עָנָה.

לָעַב *Hiph.* הִלְעִיב *Subſannavit.* [Semel in] *Partic.* מַלְעִבִים Subſannantes, 2 *Paral.* 36. 16.

לָעַג *Subſannavit, Irriſit.* Conſtruitur cum Dativo & ב interdum. *Præt.* לָעֲגָה לָךְ Subſannat te, 2 *Reg.* 19. 21. *Particip.* לֹעֵג לִי Subſannat me, *Jer.* 20. 7. *Futur.* אֶלְעַג Subſannabo, *Proverb.* 1. 26. *Niph. Part. Conſtruct.* נִלְעַג לָשׁוֹן Ridiculus linguâ, *Jeſa.* 33. 19. id eſt, Barbarus, qui ignotis & non intelligentibus ridiculè loquitur. *Hiph. Partic.* וּמַלְעִגִים בָּם Et ſubſannabant eos, 2 *Paral.* 30. 10. *Fut.* וַיַּלְעֵג עַל־הַיְּהוּדִים Et ſubſannavit,

navit Judæos, *Neh.*4.1. תַּלְעִיג Subſannabis, *Job*.21.3.

לַעַג m. *Subſannatio*, *Pſal.*79.4.

לָעֵג m. *Subſannator*, *Ridiculus*, *Irriſor*, *Sannio* : *Plur.Conſt.* לַעֲגֵי מָעוֹג Sanniones facetiæ, id eſt, faceti, *Pſal.* 35. 16. בְּלַעֲגֵי שָׂפָה Cum ridiculis labio, *Jeſ.*28.11.

לעז לוֹעֵז m. *Barbarus*, Peregrini, vel exotici ſermonis : [Extat ſemel] מֵעַם לֹעֵז E populo barbaro vel peregrini ſermonis, *Pſ.*114.1. Sic ibi *Chald.* מֵעַמֵּי בַּרְבְּרָאֵי Ex populis barbaris, nempe Ægyptiis inter quos Jacob de quo ibi ſermo, habitavit. Hinc Judæi Itali appellantur לוֹעֲזִים: & quando Galli, Itali vel Hiſpani Judæi aliquam vocem Hebræam in vernacula lingua exponere volunt, tum præmittunt, בְּלַעַז id eſt, *Vernaculè*, Sermone in hac terra uſitato. At Germaniæ Judæi ponunt abbreviatè בלא id eſt, בִּלְשׁוֹן אַשְׁכְּנַז *Linguâ Germanicâ*, quorum terram ab Askenas denominant, cujus mentio fit *Gen.* 10. 3.

לעט *Hiph.* הִלְעִיט *Guſtare vel Guſtandum dedit.* [Semel in] *Imper.* הַלְעִיטֵנִי Guſtare ſine me, *Gen.*25.30.

לען לַעֲנָה f. *Abſinthium*, *Jer.* 9. 15. לְלַעֲנָה In abſinthium, *Amos*.5.7.

לפד לַפִּיד m. *Lampas*, *Fax*, *Tæda*, *Jud.* 15. 4. *Plur.* לַפִּידִים Tædæ, *Job*.41.10. *Conſtr.* כְּלַפִּידֵי אֵשׁ Similes tædis ignis, *Dan.* 10. 6.

לָפַת *Inclinavit*, juxta quoſdam : Vel juxta Targum, *Apprehendit*, *Complexus eſt* : *Futur.* וַיִּלְפֹּת Et complexus eſt, *Jud.* 16. 29. *Niph. Fut.* וַיִּלָּפֵת Inclinavit ſe, Huc illuc vertit ſe, ut Ab.Eſra vult, *Ruth.* 3. 8. יִלָּפְתוּ Inclinant vel avertunt ſe, *Job.* 6. 18. [Nec ampliùs extat.]

לָקַח *Cepit*, *Accepit*, *Abſtulit*, *Suſtulit*, *Sumpſit*, *Aſſumpſit*, *Deſumpſit* : *Præter.* אֶת־בְּכֹרָתִי לָקָח Primogenituræ jus meum abſtulit, *Gen.*27.36. [Et abſque ל, קָח *tulit*, Ezech.17.5. קָחָם *tulit eos.* *Hoſ.* 11. 2.] *Part.* *Plural.*

לָקַחַת *Infin: Kal.* קַחַת *cum* ל *Præfixo.*

Ad accipiendum. Prov: 1.3.

Plural. לוֹקְחֵי חִטִּים Acceptrices tritici, 2 *Sam.* 4. 6. id est, Sicut emptores frumenti. *Niph. Præt.* נִלְקָח Captus erit, Tolletur, *Ezech.* 33.6. in Kametz propter pausam: נִלְקְחָה Capta est, 1 *Sam.* 4. 17. *Infinit.* אֶל־הִלָּקַח Propter capi, Eò quòd capta esset, 1 *Sam.* 4. 21. ubi אֶל est pro עַל: בְּיוֹם הִלָּקְחוֹ Quo die tolleretur ipse, 1 *Sam.* 21. 6. *Futur.* אֶלָּקַח Tollar, 2 *Reg.* 2.9. וַתִּלָּקַח Ut assumeretur, *Esth.* 2.8. *Pyh. Præt.* לֻקַּח Desumptus fuit, *Gen.* 3. *v.* 23. לֻקְחָה־זֹּאת Sumpta est hæc, *Gen.* 2. 23. cum Kametz chatuph sub Koph præter normam, loco Scheva. *Partic.* לֻקָּח מֵאִתָּךְ Quum tollor abs te, 2 *Regum.* 2. 10. *Hoph. Fut.* יֻקַּח־נָא מְעַט מַיִם Sumatur nunc parum aquæ, *Gen.* 18.4. הֲיֻקַּח An auferetur, *Jesa.* 49.24. *Hithp. Partic.* וְאֵשׁ מִתְלַקַּחַת Et ignis interceptus, Immixtus, *Ezech.* 1. 4.

לֶקַח m. *Perceptio, Disciplina, Doctrina*, quæ accipitur & percipitur: לֶקַח טוֹב Disciplinam bonam trado vobis, *Prov.* 4.2. *Aff.* לִקְחִי Doctrina mea, *Deut.* 32.2.

מַלְקֹחַ m. *Faux, Captura*: *Num.* 31. 26. *Plur. cum Affix.* מֻדְבָּק מַלְקוֹחָי Adhæret faucibus meis, vel, Palato meo, ut Kimchi & R. Salomon volunt, *Psal.* 22.16.

מֶלְקָחַיִם m. d. *Forcipes*, quasi acceptoria dicas, 1 *Reg.* 7. *v.* 49. *Et* מ *cum Pathach, & Affixo,* מַלְקָחֶיהָ Et forcipes ejus, *Exod.* 25.38.

מִקָּח m. *Acceptio, Sumptio: Constr.* וּמִקַּח שֹׁחַד Aut sumptio muneris, 2 *Par.* 19. 7. Apud Rabbinos *Emptio*, ut suprà in Verbo.

מַקָּחוֹת f. pl. *Merces*, res quæ emuntur & accipiuntur, *Nehem.* 10.31.

לָקַט *Legit, Collegit: Præt.* לָקְטוּ לֶחֶם Collegerunt panem, *Exod.* 16. 22. *Inf.* לִלְקֹט Ad colligendum, *v.* 27. *Pih. Præter.* אֵת אֲשֶׁר־לִקֵּטָה Quod legerat, *Ruth.* 2. *v.* 18. *Partic.* כִּמְלַקֵּט Ut qui legit, *Jesa.* 17.5. *Pyh. Futur.* תְּלֻקְּטוּ Colligemini, *Jesa.* 27.12. *Hithp. Futur.* וַיִּתְלַקְּטוּ Et collegerunt se, *Jud.* 11. 3.

לֶקֶט m. *Collectio, Spicilegium, Lev.* 19. 9.

יַלְקוּט m. *Pera*, sic dicta, quòd in eam res necessariæ Colligantur, 1 *Sam.* 17. 40.

לָקַק *Lambit, Linxit : Præter.* לָקְקוּ הַכְּלָבִים Linxerunt canes, 1 *Reg.* 21. 19. *Fut.* יָלֹקּוּ Lincturi sunt, Ibidem : יָלֹק Lambet, *Jud.* 7. 5. *Pih. Part.* הַמְלַקְקִים Qui lamberant, *Jud.* 7. 6.

יֶלֶק *Bruchus*, Locustæ species : vel *Melolontha*, Scarabæi species, *Joel.* 1. 4. sic dicta, quòd quasi Lambendo viriditatem absumat, ut Ab. Esra notat.

לָקַשׁ *Pih. Collegit*, sed propriè seros fructus, unde & *Vindemiavit:* [Legitur semel in *Fut.*] וְכֶרֶם רָשָׁע יְלַקֵּשׁוּ Et vineam improbi vindemiabunt, *Job.* 24. 6. q. d. Serotinabunt, Serò colligent. Vindemiæ autem Hebræis seræ dicuntur, quòd fiunt desinente anno, nempe ante Septembrem, à quo annum civilem incipiunt.

לֶקֶשׁ m. *Fœnum-cordum*, gramen serotinum post primam sectionem recrescens, *Amos.* 7. 1.

מַלְקוֹשׁ m. *Pluvia serorina*, nempe mensis Maji, messem antecedens, eamqué promovens ; quasi Collectionis pluvia, quòd facit ut colligatur messis : יוֹרֶה וּמַלְקוֹשׁ Pluviam tempestivam & pluviam serotinam, *Deut.* 11. *vers.* 14. Hinc inter plures rationes horum Nominum legitur apud Talmudicos : יוֹרֶה *est pluvia mensis Octobris, descendens lentè, non turbulenter, sensim erudiens terram, ad acceptum semen producendum, sicut homo imbuit discipulum suum, doctrinam ipsi instillando :* מַלְקוֹשׁ *est pluvia mensis Maji, sic dicta, quòd sit* מַל קַשִּׁין *Exscindens segetes, eas scil. maturando ut demetantur : aut* מְמַלֵּא הַתְּבוּאָה בְקַשֶּׁיהָ *Implens fruges existentes adhuc in stipulis sive calamis suis:* vult dicere, quòd spicas impleat ac perficiat, granáque turgida reddat: Codic. Taanith *c.* 1. *f.* 6.

לָשָׁד m. *Humor : Constr.* כְּטַעַם לְשַׁד הַשָּׁמֶן Sicut sapor humoris olei, *Numer.* 11. 8. *Aff.* לְשַׁדִּי Præstantissimus

ſtantiſſimus humor meus, *Pſal.*32.4. humor ſcil. calidus per quem homo vivit, Aben Eſra.

לשך לִשְׁכָּה f. *Cubiculum, Cella, Nehem.* 13. 5. *Conſtr.* לִשְׁכַּת הַשָּׂרִים Cubiculum principum, *Jer.*35.4. *Plural.* לְשָׁכוֹת Cellæ, *Ezech.*40.17. *Conſtr.* לִשְׁכוֹת שָׁרִים Cubicula cantorum, *v.* 44.

לֶשֶׁם m. *Cyanus*, Lapis pretioſus cærulei coloris, *Ex.*28. 19. [& 39. 12.] Kimchi ex R. Jona *Topazium* eſſe ſcribit: *Chald.* קַנְכִּירֵי quem quidam *Lyncurium* interpretantur.

לשן לָשׁוֹן c. ſed fœm. ſæpius, *Lingua*: Metonymicè *Sermo*: & Metaphoricè ad varia transfertur: ut, *Lingua maris*, pro Sinu, *Joſ.*15.2. *Lingua auri*, pro lingula aurea, *Joſ.*7.21. *Lingua ignis*, pro Flamma extrema in ſpeciem linguæ ſe protendente, *Jeſ.* 5. 24. *Conſtr.* לְשׁוֹן יָם Linguam ſive ſinum maris, *Jeſa.* 11. 15. דָּבַק לְשׁוֹן יוֹנֵק Adhæret lingua lactentis, *Thr.* 4. 4. ubi maſc. eſt. *Sic cum Aff.* וּלְשׁוֹנִי אִם־יֶהְגֶּה Et lingua mea ſi eloquetur, *Job.*27.4. *Plur.* מֵרִיב לְשֹׁנוֹת A contentione linguarum, *Pſal.*31.21. *Aff.* לִלְשֹׁנֹתָם Secundùm linguas ſuas, *Gen.*10.20. *Chald.* לִשָּׁן Lingua, *pro populo cujuſcunq; linguæ aut ſermonis*, *Dan.*3.29. *Plural.* לִשָּׁנַיָּא *Linguæ*, *v.*4.

לוֹשֵׁן *Pih. Detrabere, Calumniari. Partic.* מְלָשְׁנִי Linguâ lædens, vel Detrahens, aut Calumnians, *Pſal.*101.5. cum ' paragogico, [& ו redundante.] *Hiph. Futur.* תַּלְשֵׁן Linguâ offendas, Inſimules, Calũnieris aut Deferas, *Pr.*30.10.

לתח [Semel] מֶלְתָּחָה f. *Veſtiarium*, 2 *Reg.* 10. 22. Targum קִמְטְרָא Arca.

לֶתֶךְ m. *Semichomer* ſive *Semicorus*, menſura continens quinque ephas. [Legitur ſemel] *Hoſ.*3.2.

לתע *Niph.* נִלְתַּע *Commoli.* [Semel] *Præter.* cum defectu primæ radicalis, נִתָּעוּ Commoluntur, *Job.*4.10.

מַלְתָּעוֹת f. p. *Molares-dentes*: *Conſtr.* מַלְתְּעוֹת *Pſal.*58.7. quod & literis tranſpoſitis dicitur מְתַלְּעוֹת *Joel.*1.6. unde *Aff.* מְתַלְּעוֹתָיו Molares ejus, *Pr.*30.14

מ

מוֹאָב *Moab*, Nomen proprium filii Lot, *Gen.* 19. 37. [q. מֵאָב *Ex parte.*] Inde, מוֹאָבִי m. *Moabita*, *Deut.* 23. 3. *Plural.* מוֹאָבִים Moabitæ, *Deuter.* 2. 11. *Fæmin.* מוֹאֲבִיָּה Moabitis, *Ruth.*4.5. vel מוֹאֲבִית 2 *Par.* 24. 26. *Plur.* מֹאֲבִיּוֹת Moabitidæ, *Ruth.*1.4.

מְאֹד *Valdè*, *Gen.* 1. 31. Geminatum, בִּמְאֹד מְאֹד *Vehementissimè*, 2 *Reg.* 10. 4. בִּמְאֹד מְאֹד Quàm plurimùm, *Exod.* 1. 7. עַד־מְאֹד Usque valdè, Admodum. Item Nominaliter, *Vires* ; וּבְכָל־מְאֹדוֹ Et totis viribus suis, 2 *Reg.*23.25. בְּכָל־מְאֹדֶךָ Totis viribus suis, *Deut.*6.5.

מֵאָה Com. *centum*, *Gen.*50.22. *Const.* וּמְאַת שָׁנָה Et centum annos, *Gen.*5.3. *Plur.* מֵאוֹת *Gen.*5.4. *Et cum* י *redundante*, הַמֵּאיוֹת *Centuriones*, 2 *Regum.* 11. 4. quasi הַמֵּאָיוֹת, sed Masorethæ absque י legendum docent. *Duale fœminin.* מָאתַיִם *Ducenta*, *Genes.* 32. 14. *Chald.* מְאָה *Centum*, *Dan.* 6. 2. *Duale* דִּכְרִין מָאתַיִן *Arietes ducentos*, *Esr.* 6. 17.

מאם מְאוּמָה *Aliquid*, *Quicquam*, *Deut.* 13. 17. *Semel per Apocopam*, מְאוּם Quicquam, *Job.*31.7. quod juxta Masorethas legendum מוּם *Macula.*

מָאן *Chald.* Vas : *Plural.* מָאנֵי *Vasa*, *Dan.*5.3. *Et* מָאנַיָּא. *Esr.*5.14. In Targum scribitur etiam absque א.

מֵאֵן *Pih.* *Renuit*, *Exod.* 7. 14. *Infinit. cum Futuro*, מָאֵן יְמָאֵן Renuendo renuerit, *Exod.*22.17.

מָאֵן m. *Renuens* ; Adjectivum loco Participii, *Exod.*9.2. Est autem formæ מַהֵר Festinans, שַׁבַּח Laudans. *Plural. alterius formæ*, הַמֵּאֲנִים Qui renuunt, *Jer.*13.10. quasi à sing. מֵאֵן, formæ אִלֵּם, חֵרֵשׁ.

מָאַס *Sprevit*, *Respuit*, *Reprobavit*, *Aspernatus*, *Aversatus est* : Construitur cum Accusativo & Præposit. ב: *Præterit.* מָאַס יְהוָה בָּהֶם Reprobat Dominus illos,

Jerem

Jerem. 6. 30. *Niph. Partic.* כֶּסֶף נִמְאָס Argentum reprobum, *Jer.* 6. 30. & sic *Psal.* 55. 4. *Futur.* תִּמָּאֵס Spreta sis, *Jesa.* 54. 6. יִמָּאֲסוּ, יִמָּאֵס vide in מָסַס.

מאר *Hiph. Particip.* סִלּוֹן מַמְאִיר *Spinus dolorificus, vel Pungens*, *Ezech.* 28. 24. *Fœminin.* צָרַעַת מַמְאֶרֶת Lepra dolorifica vel pungens, *Levit.* 13. 5. Targum, מְחַסְּרָא Diminuens, erodens.

מְאֵרָה f. *Defectus, Diminutio, Penuria*, *Deut.* 28. 20. *Malach.* 3. 9. juxta R. Salomonem. Vide & in ארר.

מַג A plerisque habetur proprium nomen vel cognomen Viri: Quidam verò putant idem esse quod *Castrorum-metatio*, *Jer.* 39. 3.

X **מֶגֶד** m. *Pretiosum, res pretiosa*: Generaliter notat, quidquid in re quapiam eximium & præstans est, *Deut.* 33. 14. & seqq. *Plural.* פְּרִי מְגָדִים Fructus rerum pretiosarum, *Cant.* 4. 13. *Aff.* מְגָדָיו Rerum pretiosarum suarum, *Cant.* 4. 16. *Fructus Nobilitate cæteros præstantes. H.*

מִגְדָּנוֹת f. p. *Res pretiosæ*; sed de fructibus terræ tantùm dicitur, *Gen.* 24. 53. *Esr.* 1. 6. 2 *Par.* 32. 23. Elias vult Radicem esse גדן, ad Michlol, *fol.* 223.

מַגָּל m. *Falx, Falcula*, *Jer.* 50. 16. [Itemqué *Joel.* 3. 13.] Quidam ad גָּלַל reducunt, & à Rotunditate & Semicirculo sic dictam volunt: Quidam thema fingunt נגל.

מגן *Pih. Dedidit, Tradidit*, *Genes.* 14. 20. *Futur.* אֲמַגֶּנְךָ Dederem te, *Hos.* 11. 8. תְּמַגֶּנְךָּ Tradet tibi, *Pro.* 4. 9.

מְגִנָּה f. *Traditio*; juxta quosdam: *Constr.* מְגִנַּת־לֵב Traditionem cordis, ut cor tradant, abjiciant & perdant, *Thren.* 3. 65. Vide de eo etiam in גנן.

מגר *Detrusit, Dejecit*: *Partic. Præt.* מְגוּרֵי אֶל־חֶרֶב Detrusi in gladios, *Ezech.* 21. 17. juxta quosdam: Alii, *Formidines gladii*, quasi à גור. *Pih. Præt.* מִגַּרְתָּה Dejecisti, *Psalm.* 89. v. 45. *Futur. Chald.* יְמַגַּר Dejiciet, *Esræ.* 6. 12.

X מֶגֶד אֶרֶץ *Fructum denotat quem Terra divinitus* פרד *fœcundata gignat, vel sui Generis laudatissimum. Distinguntur* מְגָדִים *Fructus Arborum nobilium Indigenarum ab Aromatis peregrinis quæ vocata sunt* רֹאשׁ בְּשָׂמִים *Aromatum præstantissima. H.*

מָדַד *Mensus, Dimensus, Emensus est, Mensuravit : Infinit.* לָמֹד Ad mensurandum, *Zach.* 2. 6. *Futur.* תָּמֹד Metieris, *Eze.* 45. 3. *Niph. Futur.* יִמַּד Mensurabitur, *Hos.* 1. 10. יִמַּדּוּ Mensurabuntur, *Je.* 31. 37. *Pih. Præter.* וּמִדַּד עָרֶב Et (cor meum) emetitur vesperam, *Job.* 7. 4. sic enim R. Levi & Aben Esra subaudiunt Nomen לִבִּי *Futur.* אֲמַדֵּד Metiar, *Ps.* 60. 8. וַיְמֹדֵד Et mensus est, *Hab.* 3. 6. *Hithp. Futur.* וַיִּתְמֹדֵד Et mensus est se, 1 *Reg.* 17. 21.

מַד m. *Mensura : Aff.* מִדָּה Mensura ejus, *Job.* 11. 9. *Plur.* מִדַּיִךְ Mensurarum tuarum, *Jerem.* 13. 25. Est etiam *Vestimentum, Vestis,* quasi corporis Mensuram vel Mensuratum dicas, & semper cum Affixis invenitur : מִדּוֹ Vestimento suo, *Levit.* 6. 3. כְּמַדּוֹ Sicut vestimento suo, *Psal.* 109. 18. *Plural.* מַדָּיו Vestibus suis, 1 *Sam.* 17. 38. *Et cum epenthesi* י *loco literæ* ד *geminandæ ;* מַדְוֵיהֶם Vestes eorum, 2 *Sam.* 10. 4.

מִדָּה f. *Mensura, Dimensio, Exod.* 26. 2. אִישׁ מִדָּה Vir mensuræ, 1 *Par.* 20. 9. id est, Procerus. *Constr.* וּמִדַּת יָמַי Et mensuram dierum meorum, *Psal.* 39. 5. Item, *Tributum,* ex usu Chaldaico : לְמִדַּת הַמֶּלֶךְ Pro tributo regis, *Nehem.* 5. 4. *Plural.* אַנְשֵׁי מִדּוֹת Viri mensurarum sunt, *Num.* 13. 33. id est, Proceræ staturæ : *Aff.* מִדּוֹתָיו Vestium ejus, *Psal.* 133. 2. *Et masc.* מְנָת מִדַּיִךְ Portio mensurarum tuarum, *Jerem.* 13. 25. *Chald.* מִדָּה *Tributum, quòd à facultatibus suis quisque regi vel magistratui dat, quasi Demensum dictum:* וּמִדָּה *Et tributum, Esr.* 4. 20. *Const.* מִדַּת *Esr.* 6. 8. *& Dagesch in* נ *resoluto, ut Chaldæis familiare,* מִנְדָּה *Esr.* 4. 13. *& sic* 7. 24. *Apud Talmudicos :* במדה שאדם מודד מודדין לו Quâ mensurâ homo mensus fuerit, remetiuntur ei: Sabbath. *f.* 100. 1. Confer, *Mat.* 7. 2.

מָדִין m. *Mensura :* 2 *Sam.* 21. 20. Aliam significationem vide in דון. Scribitur cum י & legitur per ו.

מְמַדִּים m. plur. *Mensuræ : Aff.* מְמַדֶּיהָ Mensuras ejus, *Job.* 38. 5.

מְדִינָה מדן *Provincia :* Vide in דין.

מַדּוּעַ Vide in יָדַע.

מָה מָה, מֶה, מַה *Quid, Quod, Quæ?* de re quærens; Vel adverbialiter, *Quàm*; Vel citra interrogationem, *Quid, Quî, Quomodo, Quicquid, Quidquam, Quidvis*: בַּמֶּה, בַּמָּה In quo, Quanam re? לָמָּה, לָמֶּה Ad quid, Quare? לָמָּה־זֶּה Quid ita? Quorſum ergo? לָמָּה ſemper eſt milra, præterquam ſemel, *Job.* 7. 20. Sequente voce ab א vel ה incipiente, quater habet Dages: aliâs ſemper ante gutturales omnes ſine Dageſch: *Compoſitum cum* ש: שַׁלָּמָה *Ut quid, Cur? Cantic.* 1. 7. כַּמָּה *Quot? Quamdiu?* כַּמָּה *Tot, Aliquot, Zach.*7.3. עַד־כַּמָּה Quoties tandem? 1 *Reg.*22.16. עַד מָה *Uſquequò, Tantiſper dum, Num.*24.23. עַל־מָה, עַל־מֶה Propter quid? Quamobrem? מַזֶּה *Quidnam? Exod.* 4. 2. compoſitum ex מָה & זֶה: Sic, מַלָּכֶם Quid vobis eſt? *Jeſa.* 3. 15. ex מָה & לָכֶם: *Item,* מָהֶם Quid iſti, *Ezec.*8.6. *Chald.* מָה *Quod, Dan.*2.22. *Quid, Dan.*4.33. עַל־מָה *Propter quid? Eſr.*7.15. לְמָה *De eo, Eſr.*6.8. כְּמָה *Quàm, Dan.*3.30. לְמָה *Quid? Eſr.* 4.22. *Et cum* א *loco* ה, לְמָא דִי *De eo quod, Eſr.* 6. 8.

מָהַהּ *Hithp.* ex prima geminata, הִתְמַהְמֵהַּ *Cunctari, Morari*: *Præt.* הִתְמַהְמָהְתִּי Cunctatus ſum, *Pſ.* 110. 60. *Particip.* מִתְמַהְמֵהַּ 2 *Sam.* 15. 28. *Infinitivus,* לְהִתְמַהְמֵהַּ Cunctari, *Exod.* 12. 39.

מָהַל *Miſcuit*: [Semel duntaxat in] *Part.* מָהוּל בַּמָּיִם Mixtum eſt aquâ, *Jeſa.* 1. 22. Kimchi explicat מְעוֹרָב. Pater ejus adducit ſimilem ſignificationem ejus ex lingua Arabica אלמהל.

מָהַר *Dotavit, Dotem conſtituit*: *Præterit.* מָהָרוּ Dotant, *Pſal.*16.4. *Infinit. cum Futuro,* מָהֹר יִמְהָרֶנָּה Dotando conſtituet dotem ipſi, *Exod.*22.16. *Pih.* מִהֵר *Feſtinavit. Acceleravit*: 1 *Sam.*4.14. מִהַרְתָּ לִמְצֹא Feſtinaſti invenire, *Gen.* 27. 20. *Niph.* נִמְהַר *Feſtinanter fieri, Præcipitari*: *Præter.* וַעֲצַת נִפְתָּלִים נִמְהָרָה Conſilium retor-

אִמְרוּ לְנִמְהֲרֵי־לֵב *Dicite Pusillanimis*
Jsa: 35. 4.

retortorum vel reluctantium præcipitatur, *Job.* 5. 13. id eſt, præceps adeóque temerarium fit. *Partic.* וְהַנִּמְהָר Et feſtinam, præcipitem, *Hab.*1.6. *Plural.* נִמְהָרִים Præcipites, Inconſiderati, *Jeſa.* 32. 4.

מָהִיר m. *Promptus, Feſtinus*: סֹפֵר מָהִיר Scriba promptus, *Pſal.*45.2. *Conſtr.* מְהִיר צֶדֶק Promptus ad juſtitiam *Jeſa.*16.5. Eruditus ex uſu Linguæ Syr. et Æthiop.

מֹהַר m. *Dos*, *Gen.*34.12.

מַהֵר *Feſtinus*: קָרוֹב וּמַהֵר מְאֹד Propinquus & feſtinus valdè, *Soph.*1.14. Et adverbialiter, *Citò, Celeriter, Feſtinanter*, *Deut.* 7. 22.

מְהֵרָה f. *Feſtinatio, Celeritas*: Semper autem adverbiaſcit, vel præfixa Præpoſit. ב, vel ſimpliciter: בִּמְהֵרָה יִנָּתֵק Citò rumpitur, *Eccl.*4.12. קַל מְהֵרָה Leviter citò, id eſt, velociſſimè, *Joel.*3.4.

מוֹ Eſt interdum ſyllaba expletiva, aſſumens ante ſe literas ſerviles; ut, בְּמוֹ *In, Cum*, *Pſal.*11.2. לְמוֹ *Ad*, *Job.* 39.2. כְּמוֹ *Sicut*, *Job.*12.3. quod cum *Aff.* הֵן, הֵם, כֵּן, כֵּם retinet Scheva: aliâs ſub Caph habet Kametz כָּמוֹנִי כָּמוֹךָ Sicut ego, ſicut tu, 1 *Reg.*22.4. Interdum eſt pro הֵם; unde, לָמוֹ, Eis, pro לָהֶם *Jeſa.* 44. 15.

מוּג *Liquefactus, Solutus, Diſſolutus fuit*: Et ſemel activè, וַתְּמוּגֵנוּ Et diſſolvis nos, *Jeſa.* 64. 7. *Niph.* נָמוֹג *Se diſſolvere, Diffluere, Liqueſcere, Colliqueſcere*, & metaphoricè ſemper uſurpatur: *Præter.* נָמֹגוּ Diffluent, *Exod.* 15. 15. *Particip.* נְמֹגִים Solvuntur, vel Soluti ſunt, *Pſal.*75.4. *Pih.Futur.* וּתְמוֹגְגֵנִי Efficis ut diffluam, *Job.*30. *v.* 22. תְּמוֹגְגֶנָּה Diſſolvis eam, *Pſal* 65.11. *Hithp.* תִּתְמוֹגָג Diſſolvat ſeipſam, *Pſal.* 107. 26. תִּתְמוֹגַגְנָה Colliqueſcent, *Hamos.* 9. 13.

מוֹחַ m. *Medulla*: וּמוֹחַ עַצְמוֹתָיו Et medulla oſſium ejus irrigua eſt, *Job.*21.24. *Cerebrum*, Rabb.

מֵחִם m. *Pinguia*, q. Medullata dicas, *Pſal.* 66. 15. [& ~~Eſa. 5. 17.~~] מֵחִים id. *Iſa*: 5. 17.

מְמֻחָיִם m. p. *Medullata*, *Jeſa.*25.6.

מוט *Motus, Dimotus fuit. Nutavit, Vacillavit: Declinavit: Præter.* מָטָה רַגְלִי Dimovetur pes meus, *Psal.* 94. 18. *Particip.* וּמָטִים Et declinantes, *Prov.* 24. 11. *Infin.* מוֹט *Movendo, Jesa.* 24. 20. *Niph. Præter.* בַּל נָמוֹט Ne dimoveantur pedes mei, *Psal.* 17. 5. *Futur.* בַּל־אֶמּוֹט Non dimovebor, *Psal.* 16. 8. יִמּוֹטוּ Dimoventur. *Ps.* 82. *v.* 5. יִמּוֹטוּ Demittantur, Admoveantur, *Psal.* 140. 11. significatione passivâ ex Hiphil desumpta. Scribitur cum ׳, sed legendum יִמּוֹטוּ. *Hiph. Futur.* יָמִיטוּ עָלַי Admovent super me, *Psal.* 55. 4. *Hithp. Præter.* הִתְמוֹטְטָה Commovebit se, *Jes.* 24. 20.

מוֹט m. *Dimotio,* passivè, לָמוֹט In dimotionem, ut dimoveatur, *Psalm.* 67. 9. item *Vectis, Palanga,* quâ aliquid de loco in locum Promovetur, *Num.* 4. 13. בַּמּוֹט Palangâ, *Num.* 13. 24. item *Lorum jugi, jugum, Temo.* quasi Motionis instrumentum, unde cum *Aff.* מֹטֵהוּ Jugum ejus, *Nah.* 1. 13. *Fœmin.* מוֹטָה Jugum. *Jesa.* 58. 9. *Jer.* 28. 10. *Plural.* מוֹטֹת Juga, *Jer.* 28. 13. Temones, *Lev.* 26. 13. בַּמֹּטוֹת Vectibus, 1 *Par.* 15. 15.

מוך *Tenuem, Attenuatum esse fieri, Depauperari: Præter.* וּמָךְ אָחִיךָ Et attenuatus fuerit frater tuus, *Lev.* 25. 47. *Futur.* כִּי־יָמוּךְ Cum facultatibus attenuatus fuerit, ibid. *v.* 25.

מול *Circumcidit,* & de præputio carnis vel cordis tantùm dicitur: *Præter.* אֹתָם מָל Eos circumcidit Jehosua, *Jos.* 5. 7. *Niph.* Infinitivus cum Futuro, הִמּוֹל יִמּוֹל Circumcidendo circumcidetur, *Genes.* 17. 13. *Imperat.* הִמֹּלּוּ Circumcidimini. Circumcidite vos, *Jerem.* 4. 4. *Pih.* מוֹלֵל *Succidere, Exscindere. Futur.* יְמוֹלֵל Succidet, scil. quispiam, pro, Succiditur, Impersonaliter, *Ps.* 90. 6. *Hiph.* Futurum, אֲמִילַם Exscindam eos, *Psal.* 118. 10. *Hithp.* Futurum, כְּמוֹ יִתְמֹלָלוּ Sint sicut præcisæ, id est, obtusæ scilicet sagittæ, ne penetrent, *Psalm.* 58. 8. Sic R. Salomon vult esse ex significatione præcedentis

וִמוֹלֵל, & Targum reddit quoque מְתַנְזְרִין Succiſa, Vide & in מלל.

מוּלָה f. *Circumciſio*: (Rabbini מִילָה dicunt) *Plural.* לַמּוּלֹת Propter circumciſiones, *Exod.* 4. 26.

מוּל מוֹל *Coram, Contra, Erga, E regione, Verſus*: אֶל־מוּל פְּנֵי הָאֹהֶל E regione faciei tentorii, *Exod.* 26 9. אֶל־מוּל אַחֵר Verſus alium, 1 *Sam.* 17. 30. מִמּוּל E regione, *Exod.* 28. 27. *Aff.* מִמֻּלִי Et regione mei, *Num.* 22. 5. מוֹל סוּף E regione Suph, *Deut.* 1. 1. Cum Epentheſi לְמוּאל Ex adverſo, *Neh.* 12. 38.

מוּם m. *μῶμος Vitium, Macula, Labes*: וּמוּם אֵין בָּךְ Ex vitium nullum eſt in te, *Cant.* 4. 7. Bis eſt cum Epentheſi מאום *Job.* 31. 7. *Dan.* 1 4. *Aff.* מוּמוֹ Macula ejus eſt, *Prov.* 9. 7. id eſt, maculam ſibi conflat, vitio ipſi eſt.

מון תְּמוּנָה f. *Imago. Similitudo, Exod.* 20 4. Conſtructum, וּתְמֻנַת יְהוָה Et ſimilitudinem Domini, *Num.* 12. 8. *Aff.* תְּמוּנָתֶךָ Similitudine tua, *Pſal.* 17 15.

מוץ m. *Gluma*: כְּמוֹץ עֹבֵר Sicut gluma tranſiens, *Jeſ.* 29. v. 5. כַּמּוֹץ, *Pſal.* 1. 4.

מוק *Hiph.* הֵמִיק *Tabificum eſſe, Contabeſcere. Futur.* יָמִיקוּ Contabeſcunt, *Pſal.* 73. 8. Convenit cum מָקַק.

מור *Hiph.* הֵמִיר *Mutare, Commutare, Permutare. Præter.* הֵמִיר כְּבוֹדוֹ Mutavit gloriam ſuam, *Jer.* 2. 11. *Infin.* בְּהָמִיר אָרֶץ Si commutaret terra, ſc. locum ſuum, *Pſ.* 46. 3. *Niph.* וְרֵיחוֹ לֹא נָמָר Et odor ejus non eſt mutatus, *Jer.* 48. 11. quod habet formam à מרר.

תְּמוּרָה f. *Commutatio, Permutatio*: *Aff.* וּתְמוּרָתוֹ Et permutatio ejus, *Lev.* 27. 33.

מוֹר m, *Myrrha*: מְקֻטֶּרֶת מֹר Suffumigata myrrhâ, *Cantic.* 3. 6. צְרוֹר הַמֹּר Faſciculus myrrhæ, *Cant* 1. 13 שֶׁמֶן הַמֹּר Oleo myrrhino, *Eſth.* 2. 12. *Aff.* מוֹרִי Myrrham meam, *Cantic.* 5. 1.

מוּשׁ *Recessit, Discessit, Movit se, Amotus, Dimotus fuit*; & ita gaudet Præpositione מִן: Semel transitivè, *Amovit*, Item, *Palpavit, Contrectavit*, quod ab affini Verbo מָשַׁשׁ mutuatur. *Præter.* וּמַשְׁתִּי אֶת־עֲוֹן Et amoturus sum iniquitatem, *Zach.*3.9. *Futur.* גְּשָׁה־נָּא וַאֲמֻשְׁךָ Accede nunc & palpabo te, *Gen.* 27. 21. לֹא יָמוּשׁ Ne discedito liber legis hujus מִפִּיךָ ex ore tuo, *Josu.* 1. 8. *Hiph.Imp.* וַהֲימִשֵׁנִי Fac ut palpem, *Jud.*16.26. sic scribitur, sed legendum juxta Masorethas וַהֲמִישֵׁנִי: מִמְּקוֹמוֹ לֹא יָמִישׁ E loco suo non recedet, *Jes.*46.7. ^

אֵיךְ יָמִישׁ לִי quomodo restitueret mihi. Mich: 2.4.

מוּת *Mori, Emori : Præter.* הֲמֵת הַיֶּלֶד Num mortuus est puer iste? 2 *Sam.*12.19. *Infinit. est cum Cholem & Schurek:* אָנֹכִי הוֹלֵךְ לָמוּת Ego vado ad moriendum, *Gen.*25 32. מוֹת תְּמֻתוּן Moriendo moriemini *Gen.*3.4. *Futur.* וַיָּמָת לִבּוֹ Et emortuum est cor ejus in medio ejus, 1 *Sam.* 25. 37. id est, Obstupuit. *Pih.* מוֹתֵת *Mori fecit, Morte affecit, Interemit, Occidit, Interfecit. Præter.* אָנֹכִי מֹתַתִּי Ego morte affeci 2 *Sam.*1.16. *Hiph.Præter.* וְהֵמִית אִישׁ Et interfecerit aliquem, *Exod.* 21. 29. *Infin.* לַהֲמִיתוֹ Ad morte afficere, Ad interficiendum eum, *Prov.*19.18. Vide de eo etiam in הֵמָּה in fine Radicis : *Hoph. Præterit.* וְלֹא הוּמָת Et non fuit affectus morte, 2 *Reg.*11.2. *Particip.* מָחָר אַתָּה מוּמָת Cras tu morte afficieris, 1 *Sam.* 19. 11. *Plural.* הַמְּמוֹתִים Qui morte afficiebantur, 2 *Reg.*11.2. scriptum cum ו transposito, & legendum juxta Masorethas הַמּוּמָתִים. *Futur.* מוֹת יוּמָת Morte occidatur, *Levit.*20.9. ubi R.Salomon notat, quando sic absolutè dicitur, intelligi Strangulationem. R.Levi, & alii, ad hanc locutionem scribunt: Ubicunque dicitur, *Morte occidatur*, vult dicere, *Per manus domus judicii* (per Magistratum.) Quando autem dicitur *Morietur*, vult dicere, *Per manus Dei.* Cum autem non exprimitur, quâ morte mori debent, intelligitur Mors levissima, quæ est strangulatio,

מֵת m. *Mortuus*: eadem forma etiam Præterito Kal & ejus Participio præſenti competit: *Aff.* מֵתְךָ קְבֹר Mortuum tuum ſepelito, *Gen.* 23. 15. *Plur.* מֵתִים Mortui, 2 *Reg.* 19. 35. *Conſtr.* כְּמֵתֵי עוֹלָם Ut mortuos ſeculi, *Thren.* 3. 6.

מְתִים & מְתֵי vide in מתה.

מָוֶת m. *Mors*: *Cum* ה *paragog.* הַמָּוְתָה לַחֲסִידָיו Mors ſanctorum ejus, *Pſal.* 116. 15. *Conſtr.* מוֹת יְשָׁרִים Morte rectorum, *Num.* 23. 10. *Plur. Conſtr.* מוֹתֵי עֲרֵלִים Mortibus incircumciſorum, *Ezech.* 28. 10. *Aff.* בְּמוֹתָיו In mortes ſuas, *Jeſ.* 53. 9. *Chald.* לְמוֹת *Ad mortem*, *Eſr.* 7. 26.

מוּת m. *Mors*: יְנַהֲגֵנוּ עַל־מוּת Ducturus eſt nos ad mortem uſque, *Pſal.* 49. 15. id eſt, עַד מוֹתֵנוּ Uſque ad mortem noſtram, uſque dum moriamur. Alii Hebræorum explicant, עוֹלָמִית *Perpetuò*, *In ſeculum*: Alii, *Juveniliter*; *Sicut in juventute*, quaſi ab עֶלֶם *Adoleſcens*, derivatum. Et ſic Chaldæus בְּיוֹמֵי טַלְיוּתָנָא *In diebus pueritiæ noſtræ*: vide amplius in עֶלֶם.

מְמוֹתִים m. p. *Mortes*: *Conſtr.* מְמוֹתֵי תַחֲלֻאִים Mortibus ægritudinum: id eſt, ægerrimis, triſtiſſimis, *Jer.* 16. 4.

תְּמוּתָה f. *Occiſio*, *Mors*: בְּנֵי תְמוּתָה Filios occiſionis, id eſt, morti deſtinatos, *Pſal.* 79. 11.

מזג

מֶזֶג m. *Mixtio*: potus infuſus & mixtus, *Cant.* 7. 2. [Alibi in S. non legitur, at] Verbum מְזַג *Miſcere*, *Diluere*, *Temperare*, Rabbinis & Chaldæis uſitatiſſimum.

מזה

מָזֶה m. *Conſumptus*, *Exhauſtus*: [ſemel in] *Plur. Conſtr.* מְזֵי רָעָב Exhauſti, vel conſumpti fame, *Deut.* 32. 24.

מזח

m. *Zona*: metonymicè, *Robur*, *Vires*: *Jeſ.* 23. 10. וּלְמֵזַח Et pro zona, *Pſal.* 109. 19.

צָבַר *Congeſſit*, *Collegit*, *Coacervavit*, *Congregavit* : Fut. יִצְבֹּר Congregat, Pſalm.39.7. וַיִּצְבָּר־כֶּסֶף Et coacervaverit argentum, Zach.9.3.

צִבֻּרִים m.p. *Acervi*, 2 Reg.10.8.

צֶבֶת maſc. *Manipulus*, *Faſciculus*, *Mergus* : Plural. מִן־הַצְּבָתִים De manipulis, Ruth.2.16.

***צרא** Vide mox infra in צָרָה .

צדד צַד m. *Latus* : עַל־צַד Ad latus, Jeſ.60.4 Aff. מִצִּדּוֹ Ex latere ejus, 1 Sam.6.8. צִדָּהּ Ad latus ejus, 1 Sam.

1 Sam.20.20. cum defectu Mappik: Plur. לְצִדִּים Ad latera, Jud.2.3. id est, in flagella ad latera vestra, ex Jos.23.13. alii, *In vepres ad latera:* alii, *In retia*, quasi pro צִדִּים, vocali longâ in brevem & dagesch conversâ, ut fit quoque in צִיִּים, Chaldæus מְעִיקִין *Hostes*, quasi legerit צָרִים cum Resch. Constr. צִדֵּי Latera, Exod.26.13. Aff. בְּצִדֵּיכֶם In lateribus vestris, Jos.23.13. *Chald.* לְצַד Ad latus, Adversus, Contra, Dan.7.25. מִצַּד A latere, Ex parte, Ratione, Propter, Dan.6.4.

צָדָה *Quærere, Venari:* includit certum consilium & propositum: Præt. צָדָה Quæsierit, Exod.21.13. צָדוּ צְעָדֵינוּ Venantur gressus nostros, Thren.4.18. Particip. צֹדֶה Venaris, 1 Sam.24.12. *Niph.* נִצְדָּה *Vastari, Desolari*, ex usu Chaldaico: Præt. נִצְדּוּ Desolatæ sunt, Sophon.3.6.

צְדִיָּה f. *Industria, Propositum* studium certum quo aliquid agere conamur: בְּלֹא צְדִיָּה Absque proposito, Non de-industria, Num.35.22. בִּצְדִיָּה De-industria, vers.20. *Chald.* הַצְדָא *Num de-industria? An certo Consilio? Dan.3.14. vel Verúmne est, veréne? Juxta Aben Esr.*

צָדַק *Justificari, Justum esse, haberi, vel asserere se:* Præterit. צָדַקְתָּ Justus es, Job.33.12. וְצָדַקְתִּי Et si justus sim, Job.10.15. Fut. אֶצְדָּק Si justum assererem me, Job.9.20. *Niph.* Præterit. וְנִצְדַּק Et justificabitur, Dan.8.14. *Pih.* צִדֵּק *Justificavit, Justum asseruit:* Præt. צִדְּקָה Justificat, Jer.3.11. Infin. עַל־צַדְּקוֹ נַפְשׁוֹ Eò quòd justificaret, justum assereret animam suam, Job.32.2. בְּצַדֶּקְתֵּךְ Quum justifices tu, Ezech.16.52. ex forma paragogica צַדְּקָה [converso ה in ת] Fut. וַתְּצַדְּקִי Et justificâsti sorores tuas, Ezech.16.51. *Hiph* הִצְדִּיק *Justificavit, Justum pronunciavit, Absolvit:* Præterit. וְהִצְדַּקְתִּיו Et justum pronunciarem ipsum,

ipſum, 2 Sam.15.4. Particip. מַצְדִּיק רָשָׁע Abſolvens improbum, Prov.17.15 &c. *Hithp.* Futur. נִצְטַדָּק Juſtificabimus nos, Gen.44.16.

צַדִּיק m. *Juſtus*, Gen.6.9. Plur צַדִּיקִים Juſti, Pſal.1.5. Et defectivè [abſque (י)] הַצַּדִּקִם Juſtos, Gen.18.24.

צֶדֶק m. *Juſtitia*, Deut.16.20. Aff. צִדְקוֹ Juſtitiam eius, Pſal.50.6. Aff. צִדְקֶךָ Juſtitiam tuam, Pſal.35.28. Addebatur aliquando Regum nominibus: ut, מַלְכִּי־צֶדֶק, Gen.14. אֲדֹנִי־צֶדֶק, Joſ.10.1. ubi Hebræi ſcribunt, fuiſſe tunc commune nomen regum Jeruſalem, ut aliquando פַּרְעֹה Ægyptiorum.

צְדָקָה f. *Juſtitia*, Jeſ.45.23. Apud Rabbinos etiam eſt *Eleemoſyna*, quòd juſtum ſit, & juſtitiæ ſymbolum, pauperibus ſuccurrere. *Chald.* בְּצִדְקָה *Juſtitiâ*, *Dan.*4.24. Conſtr. צִדְקַת, Ezech.18.20. Aff. צִדְקָתוֹ Juſtitiam ejus, Pſal.22.32. Plur. עֹשֵׂה צְדָקוֹת Exercens juſtitias, Pſal.103.6. Conſtruct. צִדְקוֹת Mich.6.5. Aff. צִדְקוֹתֵינוּ Juſtitiæ noſtræ, Jeſ.64.6.

צָהֹב צָהוֹב maſc. *Fulvus*, *Fulgens*, Levit.13.30. Jonathan, *Splendens ut aurum*. Nam convenit cum זָהָב, commutatis ז & צ, ut in עָלַז & עָלַץ. *Hoph.* Partic. מֻצְהָב Fulgens, Eſr.8.27.

צָהַל *Hinnivit*: Verbum equorum proprium, ex lætitia & laſcivia hinnientium: Metaphoricè hominibus tribuitur, pro, *Claram*, *Lætam vocem edere*, *Jubilare*: Præterit. צָהֲלוּ Hinnient, Jeſ.24.14. צָהֲלָה Jubilabat, Eſth.8.15. Imper. צַהֲלוּ Jubilate, Jer.31.7. צַהֲלִי קוֹלֵךְ Claram ede vocem tuam, Jeſ.10.30. Fut. אֶל־אֵשֶׁת רֵעֵהוּ יִצְהָלוּ Ad uxorem proximi ſui adhinniunt, Jer.5.8. *Hiph.* Infinit. לְהַצְהִיל פָּנִים Lætam efficiendo faciem, Pſal.104.15.

מִצְהָלוֹת f.p. *Hinnitus*: Conſtr. מִקּוֹל מִצְהֲלוֹת אַבִּירָיו A ſono hinnituum robuſtorum ejus, Jerem.8.16. Affix. וּמִצְהֲלוֹתַיִךְ Et hinnitus tui, Jer.13.27.

צהר צֹהַר m. *Lumen, Splendor, Fenestra*, Genes.6.16. sic dicta, quòd Lucem transmittit. Verbum צְהַר *Lucere*, Chaldæis usitatum est.

צָהֳרַיִם m.d. *Meridies*, quia diem in duas partes æquas dividit, & geminæ lucis, antemeridianæ & vespertinæ, medium est interstitium & terminus. Est autem formæ אָזְנַיִם, ac proinde primum Kametz est breve: בְּעֵת צָהֳרָיִם Tempore meridiano, Jerem.20.16. בַּצָּהֳרָיִם In meridie, Gen.43.16.

יִצְהָר m. *Oleum*, à pellucido colore, 2 Reg.18.32. Affix. וְיִצְהָרֶךָ Et oleum tuum, Deut.7.13.

הִצְהִיר *Hiph. Oleum facere vel exprimere*: Futurum, יַצְהִירוּ Oleum expriment, Job.24.11. Aben Esra scribit, sic dici, quia oleum accensum lucem facit ut meridies.

* צוא צוֹאָה Excrementum, vide in יָצָא.

* צַוָּאר Vide infra in צור.

צוד *Venatus est*: Præt. צָדוּ צְעָדֵינוּ Venati sunt gressus nostros, Thren.4.18.& est Milrah præter morem, aut est צָדוּ ג'. Particip. הַצָּד Qui venatus est, Gen.27.33.&c. *Pih.*Part. מְצֹדְדוֹת Venamini, Ezech.13.20. Infin. לְצוֹדֵד Ad venandum, v.18. Fut. תְּצוֹדֵדְנָה Venamini, Ibid. *Hithp.* Præter. הִצְטַיָּרְנוּ In-viaticum sumpsimus, Jos.9.12.ex significatione sequentis Nominis צַיִד.

צַיָּד m. *Venator*: Plur. צַיָּדִים Venatores, Jer.16.16.

צַיִד masc. *Venatio*, Genes.10.9. Item, *Esca*, *Viaticum*, *Commeatus*, Nehem.13.15. Construct צֵיד חַיָּה Venationem bestiæ, Levit.17.13. Affix. צֵידוֹ Venationem suam, Pro.12.27.

צֵידָה, צֵדָה f. *Viaticum*, Gen.42.25. Jos.1.11.

מָצוֹד m. *Rete*, propriè Venatorium: Aff. וּמְצוּדוֹ Et rete suum, Job.19.6.

מְצוּדָה f. *Venatio*, Ezech.13.21. *Sagena*: Aff. בִּמְצוּדָתִי Sagenâ

Sagenâ meâ, Ezech.12.13. Vide in מצר.

מָצוֹר m. *Rete*, juxta Ab.Esr. *Præsidium*, *Munitio*, juxta R.Salom. Construct. מְצוֹר רָעִים Præsidium vel rete malorum, Prov.12.12. Plur. מְצוֹרִים Retia, Eccles.7.27. aliam significationem vide in מצר.

מְצוֹרָה f. *Sagena*, Eccles.9.12. Plur. vide in מצר.

צִוָּה *Pih. Præcepit*, *Mandavit*, *Jussit*: Construitur cum Accus.& Præposit. עַל, אֶל & ל: Aben Esra notat, cum עַל denotare interdictum & prohibitionem: vide Gen.2.16. 1 Reg.2.43. Jesa.5.6. Præterit. צִוָּה עָלֶיךָ Præcipiet super te, Nah.1.14. צִוָּה לִי Præcepit mihi, 1 Sam.20.29. וְצִוְּךָ Et præceperit tibi, Exod.18.23. Particip. מְצַוֶּה אֶתְכֶם Præcipio vobis, Deut.4.2. Construct. מְצַוֵּה לְאֻמִּים Præceptorem nationum, Jesa.55.4. Imperat. per Apocopam, צַו Præcipe, Num.5.2. & sic Futur. וָאֲצַו Et præcepi, Deuter.3.18. *Pyh.* Præterit. צֻוָּה Præceptum fuerat, Num.3.16. צֻוֵּיתִי Jussus sum, Levit.8.35. Fut. יְצֻוֶּה Jussus fuerat, Exod.34.34. וָאֲצַוֶּאה *pro* אֲצַוֶּה *Sed legi potest* אוֹצִאָה

צַו m. *Præceptum*, Jesa.28.10. *Feci eos egredi. cum defectu* ...

מִצְוָה f. *Præceptum*, *Mandatum*, Prov.6.23. Constr. מִצְוַת, Psal.19.9. בְּמִצְוַת הַמֶּלֶךְ Jussu, Ex mandato regis, 2 Par.24.21. Aff. וְאֶת־מִצְוָתוֹ Et præceptum ejus, Num.15.31. Plur. מִצְוֹת Præcepta, Pro.10.8. Aff. וּמִצְוֹתֶיךָ Et præcepta tua, Psal.119.6.

צָוַח *Vociferatus est*: Futurum, יִצְוָחוּ Vociferabuntur, Jesa.42.11.

צְוָחָה f. *Vociferatio*, *Querela*, *Clamor*, Jesa.24.11. Construct. וְצִוְחַת Et querela Jerusalem, Jerem.14.2. Aff. וְצִוְחָתֵךְ Et clamore tuo, Jer.46.12.

צוּל צוּלָה f. *Profundum*, *Profunditas*: לַצּוּלָה Ipsi profundo, Jesa.44.27.

מְצוּלָה f. idem, Psal.69.3. Et cum Dagesch loco vocalis longæ, בַּמְּצֻלָה In profundo, Zach.1.8. Plur. מְצֻלוֹת

De

De profundis, Psal.68.23. Et cum Cholem in medio, בְּמְצוֹלֹת In profunda, Exod.15.5.

צוּם *Jejunavit* : Præterit. צַמְתָּ Jejunâsti, 2 Sam.12.21. Partic. צָם Jejunas, Neh.1.4. Infinit.[cum secunda perſ.plur.præt.] הֲצוֹם צַמְתֻּנִי אָנִי Numquid jejunando [jejunâstis mihi, mihi inquam.] Zach.7.5.

צוֹם m. *Jejunium*, Jeſa.58.6. מִצּוֹם Præ jejunio, Pſal. 109.24. Aff. צֹמְכֶם Jejunii veſtri. Plur. Fœmin. דִּבְרֵי הַצּוֹמוֹת Verba jejuniorum, Eſth.9.31.

צוּף *Fluxit, Effluxit, Exundavit, Supernatavit* : Præt. צָפוּ־מַיִם Exundarunt aquæ, Thren.3.54. Particip. præſens Fœm. צָפָתֵךְ Fluentem ex te, id eſt, ex ſanguine tuo, ut ſequitur illic, Ezech.32.6. Vel Nationis tuæ, ut ſit Nomen. *Hiph.* הֵצִיף *Inundare fecit*, Deuter.11.4. Futur. וַיָּצֶף Et fluere vel natare fecit, 2 Reg.6.6.

צוּף m. *Favus*, à Fluendo, Pro.16.24. Plur. וְנֹפֶת צוּפִים Et deſtillatione favorum, Pſal.19.11.

צוּק *Arctari, Coarctari, Arctè Cohærere* : Fut. יָצוּק בּוֹ Arctè ſeu tenaciter adhæret ei, Pſal.41.9. Commutant hîc quædam formam cum יָצַק. *Hiph.* הֵצִיק *Arctavit, Coarctavit, Anxit, Preſsit, Anguſtavit, Anguſtiis affecit* : Conſtruitur cum Dativo, quandoque Accuſat.affixo : Præterit. וַהֲצִקוֹתִי Et anguſtabo, Jeſ. 29.2. כִּי־הֵצִיקַתְהוּ לוֹ Quum premeret illum, Jud.16. 16. Partic. הַמֵּצִיק Qui anguſtiâ afficit, Jeſa.51.13. Plur. הַמְּצִיקִים לָהּ Anguſtantes ipſam, Jeſ.29.7. Futur. יָצִיק לָךְ Anget te, Deut.28.53. יְצִיקוּ לָהֶם Angent eos, Jer.19.9. *Hoph.* Partic. מוּצָק Anguſtatum, Jeſ.9.1.[al.8.23.]

צוֹק m. *Anguſtia*, Dan.9.25.

צוּקָה f. idem, Jeſa.8.22.

מוּצָק maſc. *Anguſtum*, ex forma participii Hophal, Job.36.16. & in pauſa, בְּמוּצָק In anguſtum, Job. 37.10.

37.10. Vide aliam significationem in יָצַק.

מָצוֹק m. *Pressura, Angustia*: 1 Sam.22.2. וּבְמָצוֹק Et angustiâ, Deut.28.53.

מָצוּק m. *Situs, Constitutus*: מָצוּק מִצָּפוֹן Situs ab aquilone, 1 Sam.14.5.

מְצוּקִים m. *Situs, Cardines*: Plural. Constr. מְצוּקֵי אֶרֶץ Cardines terræ, 1 Sam.2.8. R.David, עמודי Columnæ.

מְצוּקָה f. *Angustia*, Soph.1.15. Plur. cum Aff. מִמְּצוּקוֹתַי Ex angustiis meis, Psal.25.17.

צוּר *Obsedit, Arctavit; Inimicatus est, Hostiliter egit, Hostiliter pressit: Ligavit, Colligavit*, quod à צָרַר mutuatum est: *Formavit*, quod à יָצַר habet: Construitur cum Dativo & Accusat. Item cum עַל & אֶל. Præterit. וְצַרְתָּ Et colligabis argentum, Deuteron.14.25. צַרְתָּנִי Obsides me, Psalm.139.5. וְצַרְתִּי Et hostiliter premam, Exod.23.22. Particip. צָרִים Et hostiliter premunt urbem, Jud.9.31. Infin. לָצוּר אֶל־דָּוִד Ut obsideret Davidem, 1 Sam.23.8. Imperat. צוֹר Liga testimonium, Jesa.8.16. [potest deduci à צָרַר] צוּרִי Obside, Jesa.21.2. *Niph.* וְהַנָּצוּר Et obsessus, Ezech.6.12. & Schurek est loco Cholem: Fœmin. נְצוּרָה Obsessa, Jes.1.8. Vide & in נצר. *Pyh.* Partic. מְצֹרָרִים Vide in צָרַר. *Hiph.* הֵצִיר *Pressit, Anxit, Angustavit, Angustiâ affecit*, & formam cum Hiphil verbi צָרַר confundit: Construitur cum Dativo: Præterit. וְהֵצַר לְךָ Et premet te, Deut.28.52. Partic. מֵצַר vide inter Nomina. Infinit. הָצֵר לוֹ Angustiâ afficere eum, 2 Paral. 28.22. Futur. וַיָּצֵרוּ לָהֶם Et angustiâ affecerunt eos, Nehem.9.27.

צַר, צָר, m. *Angustus, Arctus*, & substantivè, *Angustia; Hostis*, quasi Angens & Arctator dictus: בְּמָקוֹם צָר In loco angusto, Num.22.26. צַר לִי הַמָּקוֹם Angustus est mihi locus, Jesa.49.20. צָר Hostis, Jesa.59.19.

צַר לִי

צַר לִי Anguſtia eſt mihi, 2 Sam.1.26. Eſt etiam *Rupes*, quæ propriè צוּר dicitur, ut ſequitur: כַּצָּר Similes rupi, Jeſa.5.28. Aff. צָרִי Hoſtis meus, Job.16.9. Plur. צָרִים Hoſtes, Thren.1.7. Conſtr. צָרֵי, Jeſa.9.11. Aff. צָרֶיךָ Hoſtes tuos, Mich.5.9. צָרֵינוּ Hoſtes noſtros, Pſal.44.6. Fœm. צָרָה *Æmula*, quaſi Arctatricem vel Angentem dicas: Aff. צָרָתָהּ Æmula ejus, 1 Sam.1.6. aliâs, *Anguſtia*, *Anxietas*, Pſalm.20.2. Conſtr. צָרַת נַפְשׁוֹ Anguſtiam animæ ejus, Gen.42.21. Aff. מִצָּרָתוֹ Ab anguſtia ejus, Jeſa.46.7. צָרַתְכֶם Anguſtiæ veſtræ, Jud.10.14. Et duplicato ſigno fœmineo, בַּצָּרָתָה לִי In maxima anguſtia mea, Pſalm.120.1. ſimile vide in יָמָם. Plural. צָרוֹת Anguſtiæ, Pſa.25.17. Aff. צָרוֹתָם Anguſtiis ipſorum, Pſa.34.18.

צוּר m. *Rupes*, *Acies*, *Acumen*, cultri ſcilicet vel gladii; תָּשִׁיב צוּר חַרְבּוֹ Retudiſti aciem gladii ejus, Pſal.89.44. Aff. כִּי לֹא כְצוּרֵנוּ צוּרָם Non ſicut rupes noſtra, rupes eorum eſt, Deut.32.31. Plural. צֻרִים Rupes, Pſal.78.15. חַרְבוֹת צֻרִים Cultros acierum, i.e. acutos, Joſ.5.2. Conſtruct. צוּרֵי הַיְּעֵלִים Rupes rupicaprarum, 1 Sam.24.ver.3. Fœmin. בִּצְּרוֹת In rupibus, Job.28.10.

צֹר m. *Acies*, *Culter acutus*, Exod.4.25. *Chald.* טִינָרָא Lapidem acutum: *Rupes*, Ezech.3.9.

צִירִים maſc.pl. *Tormina*, *Cruciatus*, *Dolores*, graviſſimi propriè, quales parturientium, ſic dicti, quòd Coarctent & conſtringant corpus, Jeſ.13.8. item *Imagines*, *Idola*, ex Formandi ſignificatione, Jeſ.45.16. Conſtr. כְּצִירֵי יוֹלֵדָה Sicut tormina parturientis, Jeſ.21.3. Aff. צִרַי Dolores mei, Dan.10.16. צִירֶיהָ Dolores ejus, 1 Sam.4.19. Vide infra in צִיר.

צוּרָה f. *Forma*: Conſtr. צוּרַת הַבַּיִת Formam domus, Ezech.43.11. Aff. צוּרָתוֹ Formam ejus, ibid. Contractum eſt, וְצִירָם Et formam eorum, Pſal.49.15. pro צוּרָתָם,

צורֹתָם; cui simile vide in פשת. Scribitur autem in medio cum י, sed juxta Masorethas legendum צוּרָם: Plural. cum Aff. צוּרֹתָו Formis suis, Ezech. 43.11. Vide & paulò ante in צור.

צַוָּאר m. *Collum*, Jes.8.8. sic dictum, quòd oneribus Arctatur & premitur: Affix. בְּצַוָּארוֹ In collo ejus, Job. 41.13. & sic א est Epentheticum sive protractivum, ut Hebræi vocant: Absque א, צַוָּרָם Collum suum, Nehem.3.5. *Chald.cum Aff.* עַל צַוְּארֵהּ *Ad collum ejus*, *Dan.*5.7. עַל צַוְּארָךְ *In collo suo*, *vers.*16. Dual. juxta Kimchium in lib.Rad. צַוָּארַיִם, unde cum Aff. וַיִּפֹּל עַל־צַוָּארָו Et irruit in colla ejus, Genes.33.4. id est, utrumque latus colli ipsius: Scribitur autem defectivè juxta Masorethas, pro צַוָּארָיו, ut legitur Gen.45.14. Plur. Construct. עַל־צַוְּארֵי הַמְּלָכִים Super colla regum, Jos.10.24. Aff. עַל־צַוְּארֵיהֶם Super colla eorum, Jos.10.24. Fœmin. צַוְּארֹתֵיכֶם Colla vestra, Mich.2.3.

צַוְּרוֹן m.*Collulum*: Plur.cum Aff. מִצַּוְּרֹנָיִךְ E collulis, faucibus tuis, Cant.4.9.

מְצַר Vide infra in צרר.

מָצוֹר m. *Obsidio*: *Munitio*, *Propugnaculum*, *Præmunitio obsidionalis*: יְאֹרֵי מָצוֹר Rivos obsidionis, 2 Reg.19.24. Constr. וְאֶל־מְצוֹר Et contra obsidionem Jerusalem, Ezech.4.7.

מָצוֹר m. idem: Aff. מְצוֹרֵךְ Obsidionis tuæ, Ezech.4.8. ubi multi Codices habent מְצוֹרַיִךְ ex forma plurali. Fœm. מְצוּרָה Munitio, 2 Par.14.6. Plur. מְצֻרוֹת Munitiones, Obsidionalia munimenta, Jesa.29.3.

צָחַח *Candidum*, *Nitidum*, *Serenum esse*: Præter. צַחוּ מֵחָלָב Candidiores, Nitidiores erant lacte, Thren.4.7. [צ est cum (ˌ) ob exclusum dagesch.]

צַח m. *Candidus*, *Nitidus*, *Serenus*; כְּחֹם צַח Ut æstus serenus, Jes.18.4. רוּחַ צַח Ventus nitidus, Jer.4.11.

צִחֶה masc. *Arens, Aridum*, quasi Nitidum dictum: pro צִחֶה צָמָא formæ לִבְנֶה inquit Kimchi: Constr. צִחֵה צָמָא Arens siti, Jesa.5.13.

צְחוֹת f.p. *Nitida, explanata verba:* לְדַבֵּר צָחוֹת Loqui nitida verba, Jesa.32.4.

צְחִיחַ m. *Nitor, Nitidum: Arduus, Eminens locus*, petræ vel montis, qui suâ naturâ aridus & glaber existens, Nitorem refert; עַל צְחִיחַ In loco arduo, Ezech.24.7. Plur. בַּצְּחִיחִים In locis arduis, Neh.4.13.

צְחִיחָה f. *Ariditas, Locus aridus & siticulosus*, quasi Nitidus dictus, Psal.68.7.

צַחְצָחוֹת f.p. *Siccitates, Summa ariditas*, Jes.58.11.

צחן צַחֲנָה fœm. *Putor, Putredo:* Aff. וְתַעַל צַחֲנָתוֹ Et ascendat putor ejus, Joel.2.20.

צָחַק *Risit, Arrisit:* Præt. צָחַקְתִּי Risi, Gen.18.15. צָחַקְתְּ Risisti, ibid. Futur. יִצְחַק־לִי Arridebit mihi, Ridebit de me, Gen.21.6. Hinc יִצְחָק Isaac, à Risu dictus est. *Pih.* צִחֵק *Irrisit: Lusit, Illusit, Collusit, Jocatus est:* Constr. cum ב & ל. Partic. מְצַחֵק Irridentem, Gen.21.9. Infin. לְצַחֶק־בִּי Ut illudat mihi, Gen.39.17. Futur. וַיְצַחֵק לִפְנֵיהֶם Et lusit ante illos, Judic.16.25.

צְחוֹק m. *Risus*, Gen.21.6. לִצְחֹק In risum, Ezech.23.32.

צחר צְחֹרָה *Alba, Candida:* Plur. אֲתֹנוֹת צְחֹרוֹת Asinas candidas, Jud.5.10.

צַחַר *Candor, Nitor*, Ezech.27.18.

X **צִיָּה** f. *Siccitas, Siccum, Siticulosus, Siccus, Aridus locus*, Jesa.41.18. Plur. בַּצִּיּוֹת Per siticulosa loca, Psal.105.41.

צִי m. *Navis:* וְצִי אַדִּיר Et navis magnifica, Jesa.33.21. Plur. contractum, וְצִים Et naves, Num.24.24. בַּצִּים In navibus, Ezech.30.9. Et integrum, צִיִּים Dan.11.ver.30. Item *Loca deserta & arida:* Metonymicè *Feri, Barbari*, desertorum locorum incolæ, Psalm.72.9.

X צשר vid. infra Rad ציר X

לְעָם לְצִיִּים Populo desertorum locorum, populis barbaris, Psal.74.14. לְצִיִּים Pro barbaris, Jes.23.13. Item *Fera animalia*, Jes.13.21. & 50.39.

צִיּוֹן m. *Aridus locus*, Jesa.25.5. & 32.2. Hinc mons צִיּוֹן *Tzion*, nomen habet à Siccitate loci.

צין צִיּוּן m. *Signum*, *Monumentum sepulchrale*, Ezech.39.ver.15. הַצִּיּוּן Monumentum hoc, 2 Reg.23.17. Plur. צִיֻּנִים Monumenta, Jer.31.21.

ציץ *Floruit, Effloruit*: Præt. צָץ הַמַּטֶּה Effloruit virga, Ezech.7.10. *Hiph.* Partic. מֵצִיץ מִן־הַחֲרַכִּים *Efflorescens*, id est, Emicans, Promicans è clathris vel cancellis, Cant.2.9. Futur. יָצִיץ Florebit, Jesa.27.6. וַיָּצֵץ צִיץ Et floruisset flos, Num.17.23.

צִיץ m. *Flos*, apertus propriè, Jes.40.7. *Bractea, Lamina*, Exod.28.36. *Penna*, Pennata ala, Jer.48.9. Plur. צִצִּים Flores, 1 Reg.6.18. cum Dagesch loco vocalis longæ, euphoniæ causâ. Fœm. Constr. צִיצַת נֹבֵל Flos caduci, Jes.28.4. id est, caducus, decidens vel marcescens.

צִיצִת fœm. *Cincinnus*, Ezech.8.3. Item *Peniculamentum*, *Peniculatus filorum textus*; עָשׂוּ לָהֶם צִיצִת Et faciant sibi peniculamentum in oris vestimentorum suorum, Num.15.38.

ציר צִיר m. *Cardo*; item *Legatus*. quòd in eo rerum agendarum Cardo vertatur: צִיר נֶאֱמָן Legatus fidelis, Pro.25.13. Aff. עַל צִירָהּ Super cardine suo, Pro.26.14. Plur. צִירִים Legati, Jes.18.2. Aff. צִרַיִךְ Legatos tuos, Jes.57.9. Vide etiam in צור.

הִצְטַיֵּר *Hithp. Legatum se finxit*. Fut. וַיִּצְטַיָּרוּ Et legatos se finxerunt, Jos.9.4.

צית *Hiph.* הִצִּית *Incendit, Succendit*: Fut. אֲצִיתֶנָּה Succendam eam, Jes.27.4.

צלא צְלָה *Chald.* Oravit: *Pahel Particip.* וּמְצַלֵּא *Et orans erat, Orabat*, Dan.6.11. מְצַלַּיִן *Orantes*, Esræ 6.10.

צלה

ציץ Flos Arborum et Herbarum non racematus. H.

צָלָה *Aſſavit*: Infinit. לִצְלוֹת Ad aſſandum, 1 Sam.2. 15. Fut. אֶצְלֶה בָשָׂר Aſſabo carnem, Jeſa.44.19. יִצְלֶה צָלִי Aſſabit aſſaturam, ver.16.

צָלִי maſc. *Aſſum, Aſſatura*, ut in præcedenti exemplo: Conſtr. צְלִי־אֵשׁ Aſſum ignis vel igne, Exod.12.8.

צְלוֹל m. *Toſtum, Torta*, ut vulgò vocant, Jud.7.13. ſcribitur cum ו, ſed legitur per י, formæ הֲגִיג ab הָגָה.

צָלַח *Proſperari, Secundari, Proſperum, Secundum eſſe; Succedere; Proficere, Prodeſſe, Utile eſſe*: Item, *Irruere, Invadere, Pervadere, Tranſire*, & ita ferè cum עַל & אֶל conſtruitur: Præter. וַיִּצְלְחוּ Et tranſiverunt Jordanem, 2 Sam.19.17. וְצָלְחָה עָלֶיךָ Et irruet in te, 1 Sam.10.6. צָלְחָה Proſperatur, Jer.12.1. Imper. צְלַח Proſperare, Pſal.45.5. Fut. לֹא יִצְלַח לַכֹּל Non prodeſt ulli rei, Jer.13.7, 10. יִצְלַח Proſperabitur, Jerem. 22.30. Item, פֶּן־יִצְלַח Ne fortè pervadat, Amoſ.5.6. *Hiph.* הִצְלִיחַ *Secundavit, Proſperavit, Proſperum effecit, Secundatus, Proſperatus fuit*: Præter. הִצְלִיחַ דַּרְכִּי Secundavit viam meam, Gen.24.56. הִצְלַחְתָּ Proſperaberis, 1 Par.22.11. Partic. מַצְלִיחַ Secundans, Gen. 24.42. Item intranſitivè Proſperans, proſperis rebus utens, Gen.39.2. Imper. וְהַצְלַח Et proſperare, 1 Reg. 22.15. הַצְלִיחָה־נָּא Proſpera nunc, Pſal.118.25. cum accentu in ultima præter morem. Fut. יַצְלִיחַ Proſperabitur, Pſal.1.3. יַצְלִיחַ לָנוּ Secundabit nos, proſperitatem largietur nobis, Neh.2.20. *Chald. Præt.* הַצְלַח *Proſperos effecit*. Dan.3.30. *Item, Proſperè egit*, Dan. 6.28. *Partic.* מַצְלַח *Proſperatur*, *Eſr*.5.8. מַצְלְחִין *Proſperabantur*, *Eſr*.6.14.

צְלוֹחִית f. *Paropſis, Patina*, 2 Reg.2.20.

צַלַּחַת f. *Gabata, Scutella, vel Lebes*, juxta quoſdam, ad figuram gabatæ formatus, 2 Reg.21.13. Item *Manica, Sinus*, Pro.19.24. quem ironicè ſic appellat, quòd lebetis modo concavus ſit. Hebræi in prima ſignif. exponunt.

צְלָחוֹת pl.fœm. *Gabatæ*, 2 Paralip.35.13.

צָלַל *Obumbrari: Profundum petere: Tinnire, Palpitare.* Præterit. כִּי צָלֲלוּ Quum obumbrarentur, Nehem. 13.19. צָלֲלוּ Profundum petierunt, Exod.15.ver.10. Item Tinnierunt, Palpitârunt, Habac.3.16. *Niph.* Fut. תִּצַּלְנָה אָזְנָיו Tinnient aures ejus, Jerem.19.3. 2 Reg.21.12. *Hiph.* Particip. מֵצַל *Umbrosa, Umbram faciens*, Ezech.31.3. Fut. תְּצִלֶּינָה שְׁתֵּי אָזְנָיו Tinnient ambæ aures ejus, 1 Sam.3.11.

צֵל masc. *Umbra*, Judic.9.36. Aff. בְּצִלּוֹ In umbra ejus, Cant.2.3. בְּצֵל *In profundo, Eccles: 7. 12.*

צֶלֶל m. Idem: Aff. צִלְלוֹ Umbrâ suâ, Job.40.17. Plural. צְלָלִים Umbræ, Cantic.2.17. Constr. צִלְלֵי עָרֶב Umbræ vespertinæ, Jerem.6.4. Huc referunt quidam צֶאֱלִים Umbrosa, umbrosæ arbores, Job.40.16,17. cum א loco ל geminandi. Vide simile in סמם.

צָלִיל Vide paulò ante in צָלָה.

צִלְצַל m. *Umbrosa-densa*, Jes.18.1. Item *Fuscina*, וּבְצִלְצַל דָּגִים Et fuscinâ piscariâ, Job.40.26.

צְלָצַל m. *Sideratio*, arborum vitium, Deut.28.42. quidam *Rubigo, Ærugo*: alii *Locusta.* Fortè alterius originis est. R.Salom.scribit, 1 Par.13.8. esse Locustam clamosam à strepera voce sic dictam. [Aliis est quadriliterum.]

צֶלְצְלִים m.p. *Cymbala*, à Tinnitu, 2 Sam.6.5. Constr. בְּצִלְצְלֵי שָׁמַע In cymbalis sonoris, Psal.150.5.

צַלְמוֹן m. *Tenebræ, Caligo*: תַּשְׁלֵג בְּצַלְמוֹן Albesces, Nivesces in caligine, Psalm.68.15. Chaldæus, בְּטוּלָא וְמוּתָא *In umbra mortis.* Aliis nomen proprium montis noti cis Jordanem, ut Jud.9.48.

צַלְמָוֶת f. *Umbra-lethalis*, Jesa.9.2. composita vox ex צֵל Umbra & מָוֶת Mors.

מְצִלּוֹת fœm. plural. *Tintinabula*, Zachar.14.20. Dual. מְצִלְתַּיִם Idem, Nehem.12. ver.27. Numeri varietas fortasse

fortasse formæ diversitatem indicavit.

צלם צֶלֶם m. *Imago*, Genes.9.6. בְּצַלְמוֹ Ad imaginem suam, Gen.1.27. Plural.Constr. צַלְמֵי Num.33.52. Aff. וְאֶת־צְלָמָיו Imagines ejus, 2 Reg.11.18. *Chald.* צְלֵם חַד *Statua quædam*, *Dan*.2.31. צַלְמָא דִכֵּן *Statua hæc*, *Ibid*. לְצֶלֶם דַּהֲבָא *Statuæ auri, id est, aureæ*, *Dan*.3.5.

צַלְמָוֶת Vide in præcedenti Radice.

צַלְמֹן Vide ibidem.

צלע צֵלָע c. *Costa*, synecdochicè *Latus*: Item *Claudicatio*, quasi lapsum lateris dicas: *Substructio*, *Trabs substructionis*, quæ lateribus ædificii adhæret, quasi structuram Lateralem dicas: *Cella*, *Cubiculum*, *Laterale*, *seu ad Latus Templi exstructum*: צֵלָע אֶל־צֵלָע Substructio ad substructionem, Ezech.41.6. אֶת־הַצֵּלָע Costam illam, Gen.2.22. לְצֶלַע Ad claudicationem, Psal.38.18. Cum Sægol, cum aliâs eâ formâ sit Constr. צֶלַע הַמִּשְׁכָּן Lateris tabernaculi, Exod. 26.26. בְּצֶלַע הָהָר In latere montis, 2 Sam.16.13. ubi tamen quædam exemplaria Tzere habent, sed malè juxta Kimchium: Aff. לְצַלְעוֹ Ad latus ejus, Job.18.12. וּבְצַלְעִי Et in claudicatione mea, Psal.35.15. Plur. Masc. צְלָעִים *Valvæ*, 1 Reg.6.34. Et Fœmin. צְלָעוֹת Substructiones, 1 Reg.6.5. Constr. עַל־צַלְעֹת Ad latera arcæ, Exod.37.5. בְּצַלְעוֹת אֲרָזִים Trabibus, Tabulis cedrinis, 1 Reg.6.15. Aff. צַלְעֹתָיו Lateribus ejus, Exod.30.4. מִצַּלְעֹתָיו E costis ejus, Gen.2.21.

צֹלֵעַ m. *Claudicans*, *Claudus*, in Latus labens, Gen.32.31. Fœm. הַצֹּלֵעָה Claudicantem, Mich.4.6.

צמא צָמֵא *Sitivit*: Præter. צָמֵתִי Sitio, Jud.4.19. deficiente Aleph: צָמְאוּ Sitiunt, Jes.48.21. צָמְאָה נַפְשִׁי Sitit anima mea, Psal.42.3. וְצָמִת Et quum sities, Ruth. 2.9. Cum Chirek, more Verborum Quiescentium tertiâ ה. Fut. וַיִּצְמָא Et sitivit, Exod.17.3.

צָמֵא m. *Sitiens*, *Sitibundus*, Jesa.21.14. Plural צְמֵאִים

 Sitibundi,

Sitibundi, Psal. 107.5. Fœm. הַצְּמֵאָה Sitienti, Deuter. 29. ver. 19.

צָמָא m. *Sitis*, Jes. 5.13. Aff. וְלִצְמָאִי Et ad sitim meam, Psal. 69.22. צְמָאָם Sitim suam, Psal. 104.11.
צָמָה pro צָמְאָה Ruth: 2.9

צִמָּאוֹן m. *Sitis*, Deut. 8.15.

צִמְאָה f. idem, Jer. 2.25.

צמד *Niph.* נִצְמַד *Conjugavit, Copulavit se*, Particip. הַנִּצְמָדִים Qui copulati sunt, vel copularunt se, Num. 25.5. Fut. וַיִּצָּמֶד Et copulavit se, ver. 3. וַיִּצָּמְדוּ Et copulaverunt se, Psal. 106.28. *Pyh.* Part. fœm. מְצֻמֶּדֶת Copulatum, Conjunctum, 2 Sam. 20.8. *Hiph.* Futur. תַּצְמִיד מִרְמָה Copulas, Concinnas dolum, Psa. 50.19.

צָמִיד masc. *Copulatus, Conjunctus*, Num. 19.15. Item *Armilla*: וְצָמִיד Et armillam, Num. 31.50. Plur. צְמִידִים Armillas, Gen. 24.22.

צֶמֶד masc. *Copulatio, Copula, Copulatum, Jumentum conjugatum, Jugum, Par*: צֶמֶד בָּקָר Par boum, 1 Sam. 11.7. Aff. וְצִמְדּוֹ Et jugum ejus, id est, Jumentum conjugatum ejus, Jer. 51.23. Plur. צְמָדִים Jugis, Paribus boum, 1 Reg. 19.19. רֹכְבִים צְמָדִים Equitantes pares, bini, pariter, 2 Reg. 9.25. Const. צִמְדֵּי־כֶרֶם Jugera vinearum, Jes. 5.10.

צמח *Pullulare, Germinare, Efflorescere, Reflorescere, Provenire, Oriri, Exoriri*: Præter. צָמַח־בּוֹ Effloruit in eo, Levit. 13.37. וְצָמְחוּ Et efflorescent, Jesa. 44.4. Partic. צֹמֵחַ Pullulans, Eccles. 2.6. הַצֹּמֵחַ Quicquid oritur, Exod. 10.5. Plur. צֹמְחוֹת Provenientes, Gen. 41.6. Fut. יִצְמַח Oriretur, Gen. 2.5. *Pih.* Præter. צִמֵּחַ Germinaverat, Ezech. 16.7. Infin. לְצַמֵּחַ Reflorescere, Judic. 16.22. Futur. יְצַמַּח Reflorescat, 2 Sam. 10.5. *Hiph.* וְהִצְמִיחָהּ Facit ut producat ipsa, Jesa. 55.10. Particip. מַצְמִיחַ Faciens ut germinet, Psalm. 104.14. Infin. וּלְהַצְמִיחַ Et ut germinare faciat, Job. 38.27. Futur. אַצְמִיחַ Efficiam ut germinet, Psalm. 132.17.

X צֶמַח Germen in S. Scriptura dicitur quicquid Herbarum vel Stirpium protulerit Terra, vel qui ex ipsis Stirpibus nascitur Surculus aut Fructus. H.

132.17. תַּצְמִיחַ Proferet, Genef.3.18. תַּצְמִיחַ Efflorefcat, Jefa.45.8.

צֶמַח mafc. *Germen*, Jefa.4.2. Aff. תוֹצִיא צִמְחָהּ Producet germen fuum, Jefa.61.11.

צמם צַמָּה f. *Coma*, *Crines* : Aff. צַמָּתֵךְ Crines tuos, Jefa.47.2. מִבַּעַד לְצַמָּתֵךְ Præ crine tuo, vel, Præter crines tuos, Cant.4.1.

צַמִּים m. *Horridus*, q. Crinitum dicas, id eft, *Prædo, Latro*, Job.5.5. nam hi comam alere folent, & horridi incedere, fcribit Rabbi Levi Gerfom.

צמק *Arefcere*, *Flaccefcere* : Particip. שָׁדַיִם צֹמְקִים Ubera flaccida, Hof.9.14.

צִמּוּקִים m. *Uvæ paffæ*, Maffæ uvarum paffarum, à Flacciditate, 1 Sam.25.18. & 2 Sam.16.1.

צמר צֶמֶר m. *Lana*, Levit.13.47. Aff. צַמְרִי Lanam meam, Hof.2.9. Turio. H.

צַמֶּרֶת *Calamus, Surculus, Ramus fummus*, fic dictus quafi Lanuginofus, vel à זָמַר *Amputavit*, quòd ad infititionem amputari & avelli foleat, & ita ז & צ permutantur : אֶת־צַמֶּרֶת Surculum fummum, Ezech.17.3. Aff. צַמַּרְתּוֹ Calamus fummus ejus, Ezech.31.3.

צמת *Exfcidit*, *Succidit* : Præterit. צָמְתוּ Exfcindunt, Thren.3.53. *Niph*. Præter. נִצְמַתִּי Excifus fum, [pro נִצְמַתְתִּי] Job.23.17. נִצְמָתוּ Excifi funt, Job.6.17. *Pih*. Præt. cum geminata tertia radicali, צִמְּתְתוּנִי Exfcindunt me, Pfal.88.17. [Et fœm.] צִמְּתַתְנִי Succidit me, Pfal.119.139. *Hiph*. Præterit. הִצְמַתָּה Exfcindis, Pfal.73.27. Partic.plur. מַצְמִיתַי Exfcindentes me, Pfal.69.5. צָמָא .v

צְמִיתֻת f. *Excifio*, Levit.25.23.

צנח *Defiliit*, *Infiliit*, *Infixus fuit* : Futur. וַתִּצְנַח בָּאָרֶץ Et defixus fuit in terram, Jud.4.21. Chaldæus, וְנַעֲצַת Et infixus fuit : וַתִּצְנַח מֵעַל הַחֲמוֹר Et defiliit de afino, Jud.1.14.

צנם צְנוּמָה f. *Gracilis : Tenuis*, ſemel in plur. שִׁבֳּלִים צְנֻמוֹת Spicæ graciles, Gen.41.23.

צנן צִנָּה f. *Clypeus, Scutum, Umbo* : 1 Reg.10.16. ſemel ex Chaldaica ſignificatione, *Frigus* : Conſtr. כְּצִנַּת־שֶׁלֶג Sicut frigus nivis, Prov.25.13. Plur. צִנּוֹת Clypei, 2 Par.11.12. & ſecundùm aliam ſignificationem *Aculei, Hami* : בְּצִנּוֹת Aculeis, Hamis aculeatis, Amoſ.4.2.

צְנִינִים m.p. *Aculei, Spinæ*, Prov.22.5. Palmarum Genus humile et ſpinoſum. H.

צְנִינִים m.p. idem, Num.33.55.

צנע *Hiph.* הִצְנִיעַ *Humiliter, modeſtè agere* : Infin. הַצְנֵעַ Modeſtè agendo, Mich.6.8. Chaldæis & Rabbinis frequens eſt.

צְנוּעִים m.p. *Modeſti, Verecundi*, Prov.11.2.

צנף *Circumvolvit, Volutavit : Obvolvit, Obtexit* : Infinit. צָנוֹף יִצְנָפְךָ Volutando volutabit te, Jeſ.22.18. Fut. יִצְנֹף Obtegitor, Levit.16.4.

צָנִיף m. *Cidaris*, à Circumvolvendo, Zach.3.5. Conſtr. וּצְנִיף מְלוּכָה Et cidaris regni, Jeſ.62.3. Plur. צְנִיפוֹת Jeſa.3.22.

צְנֵפָה f. *Volutatio*, Jeſ.22.18.

מִצְנֶפֶת f. *Cidaris*, Exod.28.4.

צִנְצֶנֶת f. *Urna*, Exod.16.33. Utrumque Targum reddit צְלוֹחִית *Paropſis, Scutella*, R.David deducit à צנן.

צנק צִינֹק m. *Nervus, Vinculum*, juxta R.Salom. quo pedes vel etiam cervices impediuntur : vel *Manicæ, Vincula manuum*, juxta R.David Kimchi, Jerem. 29.26. Sunt qui compoſitum nomen exiſtiment ex צִי & יָנַק quaſi *Naviculam ſugentem* dicas. Refert autem Plutarchus in Artaxerxe, fuiſſe olim cruciatus ſeu carceris quoddam genus, quo duæ ſcaphæ pari commenſu ſibi reſpondentes, ita compingebantur, ut hominis corpus illis inditum, quaſi in vagina eſſet,

cui præbebatur mel temperatum cum lacte, ac invito etiam infundebatur in os, unde viveret, &c.

צנר צִנּוֹר maſc. *Emiſſarium, Canalis, Tubus*, per quem aquæ emittuntur, 2 Sam.5.8. Plur. צִנּוֹרֶיךָ Canalium tuorum, Pſal.42.8.

צַנְתְּרוֹת m.pl. *Tubi, Fiſtulæ*, Zach.4.12. Ab.Eſra ſcribit, eſſe vas, in quo calcantur olivæ.

צָעַד *Gradi, Progredi, Procedere, Itare :* Præterit. צָעֲדוּ Progreſſi eſſent, 2 Sam.6.13. צָעֲדָה Procedit, Geneſ.49.22. Infinit. בְּצַעְדְּךָ Quum gradereris tu, Jud.5.4. Futur. יִצְעַד Gradiebatur, Pro.7.8. *Hiph.* Futur. וְתַצְעִדֵהוּ Et incedere facit vel adigit eum, Job.18.14.

צַעַד m. *Greſſus, Paſſus, Proceſſus :* Proverb.30.29. Affix. אֶת־צַעֲדוֹ Greſſum ſuum, Jeſa.10.23. Plural. צְעָדִים Greſſus, 2 Sam.6.13. Conſtr. צַעֲדֵי אוֹנוֹ Greſſus roboris ejus, Job.18.7. Affix. צְעָדַי Greſſus meos, Job.14.16.

צְעָדָה f. *Inceſſus*, 2 Sam.5.24. Plur. *Periſcelides*, Jeſa.3.20. juxta R.Salomonem & Chaldæum : juxta Aben Eſram, *Armillæ.*

אֶצְעָדָה f. *Periſcelis : Armilla*, Num.31.50. 2 Sam.1.10. ubi expreſsè dicitur brachiorum ornamentum eſſe.

מִצְעָדִים m.p. *Greſſus :* Conſtr. מִצְעֲדֵי גֶבֶר Greſſus viri, Pſal.37.23.

צָעָה *Peragravit, Peregrinatus eſt, Peregrè egit :* Particip. צֹעֶה Peregrinans, exulans ſeu vagans, Jeſ.51.14. Fœm. צֹעָה Peragras, Jer.2.20. *Pih.* Præterit. וְצִעֻהוּ Et peregrè agant eum, Jer.48.12.

צַעֲצֻעִים m.p. *Motiones :* מַעֲשֵׂה צַעֲצֻעִים Opere motionum, 2 Paral.3.10. id eſt, mobili, vel quod artificio ſuapte ſponte mobile eſſet & Vagari videretur ; vel quod propter magnitudinem & gravitatem à ſe invicem Dimoveri, eximi ac divelli poſſet, R.Solomon : *opere puerorum*, id eſt, ad imaginem puerorum facto.

Sic

Sic est idem quod צֶאֱצָאִים Pueri, literarum, ע & א permutatione [Aliis est quadrilit.]

צָעַן *Disrumpi, Dissipari*: Futur. בַּל־יִצְעָן Non dissipabitur, Jesa.33.20. cum Kametz juxta Masor. [alibi non invenitur.]

צָעַף צָעִיף m. *Peplum*, Gen.24.65. Aff. צְעִיפָהּ Peplum suum, Gen.38.14.

צָעַק *Clamavit, Inclamavit, Exclamavit, Vociferatus est*: Præterit. צָעַק Inclamavit, 1 Reg.20.39. &c. *Niph.* Futur. וַיִּצָּעֵק Et convocatus est, Judic.7.23. וַיִּצָּעֲקוּ Et convocati sunt, Jud.10.7. *Pih.* Part. מְצַעֵק Clamans, 2 Reg.2.12. *Hiph.* Fut. וַיַּצְעֵק Et convocavit, 1 Sam.10.17.

צְעָקָה f. *Clamor*, Gen.27.34. Constr. צַעֲקַת Exod.3.9. Aff. צַעֲקָתוֹ Clamorem ejus, Exod.22.23.

צָעַר *Minui, Diminui, Exiguum fieri*: Fut. יִצְעָרוּ Exigui fient, Jer.30.19.

צָעִיר masc. *Parvus, Exiguus*, qualitate & quantitate: וְרַב יַעֲבֹד צָעִיר Major serviet minori, Genes.25.23. Affix. צְעִירוֹ Natu-minimi sui, 1 Reg.16.34. Plural. צְעִירִים Minores, Job.30.1. Construct. צְעִירֵי הַצֹּאן Minores pecorum, Jerem.49.20. Affix. צְעִירֵיהֶם Minimos suos, Jerem.14.3. Fœmin. צְעִירָה Minor-natu, Genes.19.v.31. Et substantivè, *Minorennitas*: Affix. כִּצְעִרָתוֹ Secundùm minoritatem, id est, minorem ætatem suam, Gen.43.33.

צְעָרִים m.p. *Parvuli*, Zach.13.7.

מִצְעָר m. *Perexiguum, Res perexigua, Paucitas*, Gen.19.20. Est & nomen proprium montis, *Mitzhar*, Psal.42.7. לְמִצְעָר Ad minimum usque, vel, Ad modicum, & exiguum tempus, Jesa.63.18. בְּמִצְעַר אֲנָשִׁים In paucitate hominum. 2 Par.24.24.

מִצְּעִירָה f. *Perparvum*, Dan.8.9. cum Dagesch redundante; & מ Heemantico, juxta Hebræos.

צָפַד *Adhærere, Cohærere, Concretum esse* : Præter. צָפַד עוֹרָם Cohæret vel concreta est cutis ipsorum, Thren.4.8. [Et alibi non reperitur.]

צָפָה *Speculatus est, Exspectavit speculando, Exploravit, Observavit* : Particip. צֹפֶה Speculans, Speculator, Ezech.3.17. Plural. צֹפִים nomen proprium loci, Numer.23.14.& 1 Sam.1.1. Speculatores, Jerem.6.17. Fœmin. צֹפִיָּה Speculatur, Prov.31.27. Partic. Præterit. וְצָפוּ (legendum וְצָפוּי Et exploratur, Job.15.22. Infinit. loco Imperat. צָפֹה Speculare, Jesa.21.5. Futur. per Apocopam, יִצֶף Speculetur, Genes.31.ver.49. *Pih.* צִפָּה idem; *Obtexit, Obduxit* : Præterit. צִפָּה זָהָב Obduxit auro, Exod.36.34. צִפִּינוּ Speculamur, Thren.4.17. *Pyh.* Particip. מְצֻפֶּה Obducta, Prov.26.23.

צִפּוּי m. *Obductio, Tectorium*, Num.17.3,4.

צֶפֶת f. *Coronamentum*, ab Obtegendo, 2 Par.3.15.

צִפִּיָּה f. *Speculatio* : Aff. בְּצִפִּיָּתֵנוּ In speculatione nostra, Thren.4.17.

צָפִית f. Idem, Jesa.21.5. vel specula.

צָפָה unde צָפְתֵּךְ quod vide in צוּף .

מִצְפֶּה m. *Specula*, Jesa.21.8. Constr. אֶת־מִצְפֵּה Mitzpe Gilhad, nomen proprium loci, Jud.11.29.

מִצְפָּה f. *Specula*, sed sumitur ut nomen proprium, Genes.31.49.

צַפְצָפָה f. *Speculatio, Circumspectio accuratissima*, & per subauditam Præpositionem ב est Adverbium, *Circumspectissimè*, Ezech.17.5.

צַפְצֵף Vide infra in צפף .

צפח צַפַּחַת fœmin. *Ampulla, Lecythus* : צַפַּחַת הַמַּיִם Ampullam aquæ, 1 Sam.26.11. צַפַּחַת הַשֶּׁמֶן Lecythus olei, 1 Reg.17.14.

צַפִּיחִת f. *Laganum, Placenta vel Crustula mellita*, Exod. 16.31. [Nec ampliùs extat.]

צָפַן *Abscondit, Recondidit, Reposuit :* Quandoque, *Abscondit se, Delituit : Præterit.* צָפַן רוּחַ Abscondit ventum, Pro.27.16. צָפַנְתָּ Recondis, Psal.31.20. *Fut.* נִצְפְּנָה Abscondamus nos, Prov.1.11. יִצְפֹּנוּ Delitescunt, Psalm.10.8. [Ubi י est ob pausam.] *Niph. Futur.* נִצְפַּן Abdita est, Jerem.16.27. נִצְפְּנוּ Reconditi sunt, Job.15.20. *Hiph. Infin.* הַצְּפִינוֹ Abscondere illum, Exod.2.3.

צָפוֹן f. *Septentrio, Aquilo,* Plaga mundi septentrionalis, quasi Abdita dicta, nempe à sole, qui ad eam non accedit. Unde R.Bechai scribit Deut.3.23. נקרא צפון על שם שהשמש צפן ומתעלם שם *Vocatur* Tzaphon, *quia sol abditus & absconditus est illic,* Exod.26.20. צָפוֹנָה Versus aquilonem, Ezech.47.17. *Constr.* מִצְּפוֹן Ab aquilone Hai, Jos.8.11. מִצְּפוֹנָה Ab aquilone, Jud.21.19.

צְפוֹנִי masc. *Aquilonaris,* Joel.2.20. *Et gentilitium,* צְפוֹנִי *Tzephonita,* Num.26.15.

צָפוּן m. *Reconditum, Res recondita, Reconditus thesaurus : Aff.* וּצְפִינְךָ Et recondito thesauro tuo, Psalm.17.14. scribitur cum י, sed legitur per Vau : אֶת־צְפוּנִי Absconditum meum, scil. locum, id est, Adytum, Ezech.7.22. לִצְפוּנָיו In repositis ejus, Job.20.26. צְפוּנֶיךָ Abditos tuos, Psal.83.4.

צָפְנַת *Tzophnat,* cognomentum Josephi, Genes.41.45. qui hinc dictus Ægyptiacè צָפְנַת פַּעְנֵחַ *Occultorum revelator vel interpres.* Sic Onkelus, גַּבְרָא דְטְמִירָן גָּלְיָן לֵיהּ *Vir cui occulta revelata sunt.* Sic etiam Jonathan, & communiter Hebræi. R.Bechai citat hoc loco, in quadam precatione legi, המפענח נעלמים *Qui revelat abscondita.* In Bereschit rabba Sect.90. docuerunt Rabbini, esse idem quod צפונות מופיע *Occulta declarans :* Et R.Chiskia dixit, צפונות מופיע בדעת *Occulta illustrans per scientiam.* Sapientes

entes per notationem primarum literarum explicarunt, צ"ופה פ"ודה נ"ביא ת"ומיך פ"ותר ע"רום נ"בון ח"וזה id est, *Speculator, Redemptor, Propheta, Tenens sceptrum, Interpres, Astutus, Intelligens, Videns futura.* Hæc illic.

מַצְפּוּנִים m.p. *Abscondita, Res repositæ & absconditæ: Aff.* מַצְפֻּנָיו Abdita ejus, Obad.6.

צֶפַע m. *Regulus, Basiliscus, Hæmorrhois*, venenatissimi serpentis genus, Jes.14.29.

צִפְעוֹנִי m. *Idem*, Jes.11.8. *Plur.* צִפְעֹנִים Jer.8.17.

צְפִיעִים m.p. *Egesta, Excrementa : Constr.* צְפוּעֵי הַבָּקָר Egesta boum, Ezech.4.15. scribitur cum ו, sed legitur per Joth.

צְפִעוֹת f.p. *Nepotes, Neptes*, secundùm Chaldæum & R.Salom. Jes.22.24. quasi Egressiones dicas.

צפף *Pih.* צִפְצֵף *Pipire : Particip.* מְצַפְצֵף Pipiens, Jesa. 10.14. *Plur.* הַמְצַפְצְפִים Qui pipiunt, Jesa.8.19. *Fut.* אֲצַפְצֵף Pipio, Jes.38.14. תְּצַפְצֵף Pipiat, Jesa.29. v.4. [Reperitur in his tantùm 4. locis.]

צַפְצָפָה Vide in צָפָה.

צפר *Evolavit, Maturavit* : Chaldaicum est. *Futur.* וְיִצְפֹּר Et evolet, Jud.7.3.

צִפּוֹר c. sed f. sæpius, *Avis, Avicula* : & synecdochicè, *Passer* : Nomen generale est omnium, quibus est ala, scribit Ab.Esra, Gen.7.14. צִפּוֹר טְהֹרָה Avem mundam, Deut.14.11. כְּצִפּוֹר Sicut passer, Psalm.102.8. *Plural.* צִפֳּרִים חַיּוֹת Aves vivas, Levit.14.4. Item, צִפֳּרִים Eccles.9.12. *Chald.* כְּצִפְּרִין *Sicut avium*, Dan. 4.30. וְצִפְּרַיָּא *Et aves*, ver.11. Constr. צִפְּרֵי שְׁמַיָּא *Aves cœli*, Dan.4.9.

צָפִיר m. *Hircus*, Dan.8.5. *Constr.* צְפִיר ver.5. *Plur. Constr.* צְפִירֵי עִזִּים Hircos caprarum, Esr.8.35. *Chald.* וּצְפִירֵי *Et hircos caprarum*, Esr.6.17.

צְפִירָה fœm. *Matutinum tempus*, Ezech.7.[7,&] 10. ex Chaldæo,

Chaldæo, ubi צְפַר vel צַפְרָא *Manè*: Item, *Cidaris*, *Diadema*: unde *Constr.* וְלִצְפִירַת תִּפְאָרָה Et pro cidari decoris, Jeſ.28.5. à Cingendo, Verbi ſignificatione Chaldaicâ.

צִפֹּרֶן m. *Unguis*, *Ungula*: Metaphoricè, *Stylus*, *Scalprum*, ferramentum quo lapides cæduntur & veluti ſcalpuntur: בְּצִפֹּרֶן שָׁמִיר Scalpro lapidis ſervabilis, ſeu diuturni, aut, Stylo adamantis, Jer.17.1. *Plural.* *cum Aff.* צִפָּרְנֶיהָ Ungues ſuos, Deut.21.12.

צפרדע צְפַרְדֵּעַ c. *Rana*, *Ranæ*, collectivè, Exod.8.6. *Plural.* צְפַרְדְּעִים Ranas, v.3.

* צֶפֶת Vide in צָפָה.

צקל צִקְלוֹן m. *Gluma*, folliculus grani frumentarii: *Aff.* בְּצִקְלֹנוֹ Cum gluma ſua, 2 Reg.4.42.

צרב *Niph.* נִצְרַב *Adustus fuit*: *Præterit.* וְנִצְרְבוּ־בָהּ Et adurentur in ea, Ezech.20.47.

צָרֶבֶת fœm. *Adurens*, Pro.16.27. Nomen Toar, formæ קֹשֶׁבֶת Attenta: Item *Adustio*, juxta Kimch, Lev.13.23. At ſecundùm R.Salom.eſt *Cicatrix adustionis*.

צרה צְרִי, צֳרִי m. *Opobalſamum*, Gen.37.25. Jer.51.8. à Judæis in verſione Hebræo-germanica Pentateuchi *Theriaca* redditur. Resina Terebinthi. H.

צרח צָרַח *Clamavit*: *Part.* מַר צֹרֵחַ Amarè clamat, Soph.1.14. *Hiph.* יַצְרִיחַ Exclamat, Jeſ.42.13.

צְרִיחַ m. *Arx*, *Propugnaculum*, *Turris munita*; ſic dicta, quòd ſpeculator inde Exclamat, ſcribit Kimchi: אֶל־צְרִיחַ In arcem vel propugnaculum, Jud.9.46. *Plu.* וּבַצְּרִיחִים Et in arcibus vel turribus, 1 Sam.13.6.

צרך צֹרֶךְ m. *Neceſſitas*, *Indigentia*: *Aff.* צָרְכְּךָ Neceſſitatem tuam, 2 Par.2.16. [hoc loco tantùm in Sacris.] *Apud Rabbinos*, צָרִיךְ Neceſſe, Neceſſarium: הוּצְרַךְ נִצְרַךְ Neceſſe habere.

צרע צָרוּעַ m. *Leproſus*, Levit.13.44. Ex *Pyh.* *Particip.* מְצֹרָע *Idem*, Levit.14.2. *Plur.* מְצֹרָעִים Leproſi, 2 Reg.

2 Reg.7.3. *Fœm.* מְצֹרַעַת Leprosa, Exod.4.6.

צָרַעַת f. *Lepra*, Levit.13.3. *Aff.* מִצָּרַעְתּוֹ A lepra sua, 2 Reg.5.3.

צִרְעָה f. *Crabro*, Exod.23.28.

צָרַף *Conflavit, Purgavit, Defæcavit*, metalla propriè: Metaphoricè, *Examinavit, Exploravit, Probavit*: *Præt.* צָרַף צָרוֹף Conflat conflando, Jerem.6.29. *Imper.* צָרְפָה כִלְיוֹתַי Examina renes meos, Psal.26.2. *Fut.* וְאֶצְרוֹף Et defæcabo, Jes.1.25. *Niph.Fut.* וְיִצָּרְפוּ Et conflabuntur, Dan.12.10. *Pih.* מְצָרֵף Conflans, Mal.3.3.

צֹרֵף m. *Conflans, Conflator, Fusor, Aurifaber*: לַצֹּרֵף Fusori, Jud.17.4. *Plur.* צֹרְפִים Aurifabri, Neh.3.8.

צָרְפַת f. *Tzorphat* nomen urbis, 1 Reg.17.9. Obad.20. *Franciam, Galliam*, Rabbini interpretantur, & inde צָרְפָתִי *Gallus*.

מַצְרֵף m. *Fusorium vas*, Prov.17.3.

צָרַר *Ligavit, Colligavit*: Item, *Hostiliter egit, Oppugnavit, Arctavit, Angustiis affecit*, & ita cum צור convenit. *Præterit.* צָרַר רוּחַ אוֹתָהּ Ligat ventus eam, Hos.4.19. וְצָרֲרוּ אֶתְכֶם Et angustabunt vos, hostiliter agent vobiscum, Numer.33.55. צְרָרוּנִי Angustiis affecerunt me, Psal.129.1. *Partic.* צֹרֵר מַיִם Ligat aquas, Job.26.8. הַצֹּרֵר אֶתְכֶם Oppugnantem vos, Num.10.9. *Plur.* צֹרְרִים Hostiliter agentes, Numer. 25.18. *Constr.* צֹרְרֵי צַדִּיק Hostes justi, Amos.5.12. *Aff.* נֶגֶד צֹרְרָי Coram hostibus meis, Psalm.23.5. *Part. Præterit.* צָרוּר Colligata est, Hos.13.12. *Infinit.* כִּצְרוֹר Sicut qui ligat, Prov.26.8. *Pyh. Partic. Plural.* וּמְצֹרָרִים Et colligatos, Jos.9.4.

צְרוֹר masc. *Fasciculus, Loculus*, quasi Ligamen dicas: צְרוֹר־כַּסְפּוֹ Fasciculus pecuniæ suæ, Gen.42.35. צְרוֹר הַכֶּסֶף Fasciculum, Loculum pecuniæ, Proverb.7.20.

אֶל־צְרוֹר נָקוּב In loculum pertuſum, Hag.1.6. Item, *Granum*, *Lapillus*, Amoſ.9.9.

מֵצַר m. *Anguſtia*, Pſal.118.5. *Plur.* בֵּין הַמְּצָרִים Inter anguſtias, Thren.1.3. וּמְצָרֵי שְׁאוֹל Et anguſtiæ, angores inferni, Pſalm.116.3. Quidam hoc ad צור reducunt.

ק

*קָא, קָאָה Vide infra in קוא.

קָבַב *Maledixit*, *Execratus eſt*: *Præterit.* מָה אֶקֹּב לֹא קַבֹּה אֵל Quid exſecrabor, quem non exſecratur Deus, Num.23.8. וְקַבֹּתוֹ Ut exſecreris eum, Numer. 23.27. *Infin.* קֹב Exſecrando, Num.23.25. *Imperat.* קָבָה־לִּי Exſecrare mihi, Numer.22.11. cum Kametz loco Kametz chatuph & Dageſch: קָבְנוֹ Exſecrare illum, Num.23.13. [al.17.] pro קָבְּנוֹ: Simile Affixum vide in ישה. *Fut.* אֶקֹּב ut ante, quod à נָקַב eſſe poſſit. Similem formam vide in קָדַד.

קֻבָּה f. *Lupanar*, dictum quaſi Exſecrabile, Num.25.8. Hebræi exponunt אֹהֶל *Tentorium*.

קוּבָּה f. *Idem*: *Aff.* אֶל־קֳבָתָהּ In lupanari ipſius, Ibidem: Onkelos, לִמְעָהָא Per ventrem ejus.

קֵבָה *Ventriculus*, *Ingluvies*: Deut.18.3. quod, ut & præcedens, formam habet quaſi à קוב.

קַב maſ. *Cabus*, menſura frumentaria parva: וְרֹבַע הַקַּב חִרְיוֹנִים Et quarta pars cabi ſtercoris columbini, 2 Reg.6.25. Quidam ſcribunt, eo uſos ipſos fuiſſe loco lignorum. Alii intelligunt Contenta in ingluvie, id eſt, frumentum quod columbæ in agris collegerant. Videatur Kimchi. Porro Cabus eſt ſexta pars Seæ ſive Sati, ſcribit Kimchi in lib. Rad. De hac, & aliis quibuſdam menſuris antiquis, ita ſcriptum reperi

peri in Opere R.Alphes, Tractatu De paſchate, ca.5. fol.176. רְבִיעִית *Quadrans ſive Quartarius Legis, (id eſt, quarta pars menſuræ ſacræ in liquidis) continet ſeſquiovum :* לוֹג *Log ſive Sextarius, quatuor quadrantes, id eſt, ſex ova :* קַב *Cabus, quatuor Logos ſive ſextarios, id eſt, 16. quadrantes, 24. ova,* הִין *Hin, 12. Logos, id eſt, 48. quadrantes, 72. ova,* סְאָה *Sea Satum, ſex Cabos, hoc eſt, 24. Sextarios, duo Hin, 92. quadrantes, 144. ova.* אֵיפָה *Epha, tres Seas, id eſt, 18. Cabos, 6. Hinnos, 72. Logos, 288. Quadrantes, 432. ova.* עֹמֶר *Homer decimam Ephæ, id eſt, 43. ova, & $\frac{1}{5}$ ovi. Hæc ibid.* Vide R.Sal. Exod. 16.36. Et Aruch in קב.

קִבֵּל *Pih. Accepit, Recepit, Suſcepit : Præter.* וְלֹא קִבֵּל Et non accepit, Eſth.4.4. וְקִבְּלוּ Et receperunt ſacerdotes, Eſr.8.30. *Imperat.* קַבֶּל־לָךְ Accipe tibi, 1 Par.21.11. *Chald. Præt.* קַבֵּל מַלְכוּתָא *Accepit regnum*, Dan.6.1. *Futur.* תְּקַבְּלוּן *Recipietis*, Dan.2.6. וִיקַבְּלוּן *Et ſuſcipient*, Dan.7.18. *Hiph. Part.* מַקְבִּילוֹת Recipientia, hoc eſt, continentia unum cum altero, Exod.26.5.

קֹבֶל *Coram, Ex adverſo :* קָבָל־עָם Coram populo, 2 Reg.15.10. *Aff.* קָבְלוֹ Adverſum ſibi, Id quod ex adverſo ſitum eſt, Ezec.26.9. de quo vide etiam in מחה. *Chald.* וְלָקֳבֵל אַלְפָּא *Et coram mille*, Dan.5.1. לָקֳבֵל מִלֵּי *Ob vel Propter verba regis, verſ 10.* לָקֳבֵל דְּנָה כָּל־קֳבֵל כָּל־קֳבֵל *vel Propter hoc, Propterea*, Eſr.4.16. *Propter, Propterea, Eò quòd, Quandoquidem, Quamvis, & in Daniele ſemper adjunctum eſt* דְּנָה *vel* דִּי : *Cum Aff.* לָקָבְלָךְ *Ex adverſo tui*, Dan.2.31.

קָבַע *Rapuit, Diripuit, Spoliavit : Præter.* וְקָבַע Et rapiet, Pro.22.23. הֲיִקְבַּע An ſpoliet homo Deum, quòd vos קֹבְעִים אוֹתִי ſpoliatis me, & dicitis, בַּמֶּה קְבַעֲנוּךָ qua in re ſpoliamus te, Mal.3.8. ubi etiam Part. & Fut. eſt. Hinc, קַבְּעָן *Raptor*, Rabb.

קוֹבַע m. *Galea*, 1 Sam.17.38. & est idem quod כּוֹבַע, כ & ק commutatis.

קֻבַּעַת f. *Fæx, Faculentum*, Jes.51.17.

קָבַץ *Collegit, Aggregavit, Congregavit, Comportavit, Contraxit*: Dicitur propriè de re dispersa: אָסַף de re non dispersa. Sic rectè dicitur, אֱסֹף יָדֶךָ Recollige, Retrahe manum tuam, 1 Sam.14.19. non autem, קְבוֹץ. Item, וַיֶּאֱסֹף Et retraxit pedes suos in lectum, Genes.49.33. non autem, וַיִּקְבּוֹץ Kimchi Joel.2.v.6. *Præterit.* קָבַץ אֶת־כָּל־חֵילוֹ Congregavit omnes copias suas, 1 Reg.20.1. *Niph. Præt.* נִקְבְּצוּ אֵלֵינוּ Congregantur contra nos, Jos.10.6. *Imperat.* הִקָּבְצוּ Congregate vos, Gen.49.20. *Pih. Præt.* קִבְּצָם Congregavit eos, Mich.4.12. *Pyh.* קֻבָּצָה Collecta est, pro קֻבְּצָה juxta Kimchi, Mich.1.7. [Licet possit esse Pihel, *quia ex mercede meretricia collegit.*] *Partic.* מְקֻבֶּצֶת Congregatam, Ezech.38.8. *Hithp. Præter.* כִּי הִתְקַבְּצוּ Quod congregarint se, Jud.9.47. *Fut.* יִתְקַבְּצוּ Congregent se, Jes.44.11.

קִבּוּצִים m.p. *Collectiones, Congregationes, Catervæ*: *Aff.* קִבּוּצַיִךְ Catervæ tuæ, Jes.57.13.

קְבֻצָה f. *Congregatio*: *Constr.* קְבֻצַת כֶּסֶף Congregatione argenti, Ezech.22.20.

קָבַר *Sepelivit*: *Præterit.* קָבַר Sepelivit Abraham Saram, Genes.23.19. *Partic.* וְאֵין קֹבֵר Et non erit sepeliens, 2 Reg.9.10. *Niph. Futur.* יִקָּבֵר Sepelietur, Jerem.22.19. תִּקָּבֵר Sepelieris, Gen.15.15. *Pih. Partic.* וְאֵין מְקַבֵּר Et non est sepeliens eis, Jerem.14.16. *Fut.* תְּקַבְּרֵם Sepelies eos, Hos.9.6. *Pyh. Præt.* קֻבַּר Sepultus est, Gen.25.10.

קֶבֶר m. *Sepulchrum*, Psalm.5.10. *Aff.* קִבְרוֹ Sepulchrum suum, Gen.23.6. *Plur.* קְבָרִים Sepulchra, Exod.14.11. *Constr.* קִבְרֵי Jer.26.23. *Aff.* מִקִּבְרֵיהֶם De sepulchris eorum, Jer.8.1. *Fœm. Plur.* לַקְּבָרוֹת Ad sepulchar,

chra, Job.21.32. *Constr.* קִבְרוֹת Numer.11.34. *Aff.* קִבְרֹתֶיהָ Sepulchra ejus, Ezech.32.23.

קְבוּרָה f. *Sepultura*, Jeſ.14.20. *Constr.* קְבֻרַת רָחֵל Sepultura Rachelis, Gen.35.20. *Aff.* קְבֻרָתוֹ Sepulturam vel Sepulchrum ejus, Deut.34.6.

קָדַד *Inclinavit, Incurvavit verticem,* versùs terram, honoris exhibendi causâ: R.Salom. ſcribit Geneſ.43.28. קידה כפיפת קדקד השתחויה משטח לארץ id eſt, Verbum קָדַד ſignificat Incurvationem verticis: הִשְׁתַּחֲוָה Procubitum in terram. Vide בָּרַךְ *Fut.* וָאֶקֹּד Et verticem inclinavi, Gen.24.48. וַיִּקֹּד Et inclinavit verticem, verſ.26. cum Dageſch & vocali brevi, loco vocalis longæ Kametz: Simile vide in דָּמַם. Item, וַיִּקְּדוּ Et incurvârunt ſe, Geneſ.43.28. pro וַיָּקֹדוּ. Simile vide in בָּלַל.

קָדְקֹד m. *Vertex*, Pſalm.68.22. *Aff.* וְעַל־קָדְקֳדוֹ Et ſuper verticem ejus, Pſal.7.17.

קִדָּה f. *Caſia*, Ezech.27.19. Exod.30.24. *Storax.H.*

קָדַח *Accendit, Accenſus fuit, Conflagravit*: *Præterit.* כִּי אֵשׁ קְדַחְתֶּם Nam ignem accendiſtis, Jerem.17.4. אֵשׁ קָדְחָה Ignis accenſus fuit, Deuter.32.22. *Part.Conſtr.* קֹדְחֵי אֵשׁ Accendentes ignem, Jeſ.50.11. *Infin.* כִּקְדֹחַ Sicut conflagrat ignis, Jeſ.64.2.

קַדַּחַת f. *Febris ardens*, Levit.26.16.

אֶקְדָּח m. *Carbunculus*, Jeſa.54.12.

קָדַם *Pih.* קִדֵּם *Antevertit, Anticipavit, Anteivit, Præivit, Prævenit, Obvenit*: *Præt.* קִדַּמְתִּי Anteverti, Jonæ 4.2. *Imperat.* קַדְּמָה פָנָיו Anticipa faciem ejus, Pſal.17.13. *Hiph.Præt.* מִי הִקְדִּימַנִי Quis prævenit me, Job.41.2. *Fut* תַּקְדִּים Obveniet, Amoſ.9.10.

קֶדֶם m. *Antiquitas, Æternitas*, ſi de Deo dicatur: *Antiquum, Priſcum*: & adverb. *Antiquè, Ante, Pridem, Olim*: *Antrorſum*: Item *Oriens*, plaga mundi orientalis, quaſi Anterior dicta: Ferunt enim, Adamum

 creatum

creatum facie versùs orientem diſpoſitâ, ut lucem & ſolem mundi orientem aſpiceret, unde Oriens ipſi fuit *Kedem*, Anterior mundi pars: R.Bechai Deut.3.23. Ab eo ſitu reliquæ deinceps mundi plagæ nominantur, *Poſterior, Dextra, Siniſtra:* כְּקֶדֶם Sicut antea, olim, vel pridem, [Jer.30.20.] מִקֶּדֶם Ab antiquitate, Ab æterno, Inde à principio, Hab.1.12. Mich.5.2. Ab oriente. *Plur. Conſtr.* מִקַּדְמֵי אָרֶץ Ante primordia, à primordiis terræ, Prov.8.23. *Cum* ה *locali* קֵדְמָה Orientem versùs, Gen.25.6. [Interdum jungitur ſuo Synonymo, ut] קֵדְמָה מִזְרָחָה Ad anteriorem plagam Orientem versùs, Exod.27.13. Similem locutionem vide Exod.26 18.

קַדְמָה f. *Idem: Conſtruct.* קַדְמַת Ad Orientem, Geneſ. 2.14. *Et cum Pathach ab initio,* שֶׁקַּדְמַת שָׁלַף Quæ antequam egrediatur, Pſal.129.6. *Aff.* לְקַדְמָתָן Ad antiquitatem, priſtinum ſtatum ſuum, Ezech.16.55. לְקַדְמַתְכֶן Ad priſtinum ſtatum veſtrum, Ibid. *Plural.* כְּקַדְמוֹתֵיכֶם Sicut priſcis temporibus veſtris, Ezech. 36.11. *Chald.* קֳדָם *Coram:* מִן קֳדָם *A coram, A:* קָדָמַי *Coram me,* מִן־קָדָמַי *A coram me, id eſt, A me,* Dan.2. מִן קָדָמוֹהִי *A conſpectu ejus,* Dan.5.19. קָדָמֵיהוֹן *Coram eis, &c.* מִן קַדְמַת דְּנָה *vel* מִקַּדְמַת *Ab ante hoc, Antehac,* Eſr.5.11. [*Plur. maſc.*] קַדְמָיֵא *Priores,* Dan. 7.24. *Fœmin. ſing.* קַדְמָיְתָא *Prima, Prior, Antecedens,* Dan.7.4. *Plur. Emph.* קַדְמָיָתָא *Priora, ver.*8.

קָדִים m. *Oriens,* Plaga orientalis mundi; *Eurus,* ventus orientalis: *Cum* ה *locali,* קָדִימָה Ad orientem, Habac.1.9.

קְדוּמִים m. *Antiquitates,* Jud.5.21.

קַדְמֹנִי m. *Antiquus, Antiquum.* 1 Sam.24.14. *Orientalis,* Ezech.47.18. *Plur.* וְקַדְמֹנִים Et priores, ſuperiores, antiqui, Job.18.20. *Fœm.* וּכְשָׁנִים קַדְמֹנִיּוֹת Et ſicut anni antiqui, Mal.3.4.

קדמנה

קַדְמֹנָה fœmin. *Orientalis*, Ezech.47. verſ.8.

רוּם *Altum, Elatum, Excelsum esse, Efferre se, Efferri, Elevari, Exaltari, Extolli, Attollere se. Præterit.* וְרָם לְבָבֶךָ Et efferat se animus tuus, Deuter.8.14. יָדֵנוּ רָמָה Manus nostra excelsa est, Deut.32.27. *Cum Epenthesi Aleph*, וְרָאֲמָה Et exaltata erit, Zach.14.10. *Et sic Partic.* רָאמוֹת Excelsæ sunt, Prov.24.7. *Infinit.* לְבִלְתִּי רוּם לְבָבוֹ Ut non efferat se cor ejus, Deut. 17.20: *Fut.* אָרוּם Exaltabor, Psalm.46.11. וְיָרֹם Et extolletur, Num.24.7. *Hinc Cholem in Kametz chatuph correpto propter accentum ad penultimam retractum*; וַיָּרָם לִבָּם Et extulit se cor eorum, Hos.13. v.6. *Chald. Præt.* וּכְדִי רִם לִבְבֵהּ *Quum autem elatus esset animus ejus*, Dan.5.20. *Pih.* רוֹמֵם *Exaltare, Efferre, Tollere, Extollere. Præter.* רוֹמַמְתִּי בְתוּלוֹת Extollo virgines, Jesa.23.4. *Partic.* מְרוֹמֵם Extollit, 1 Sam. 2. 7. *Chald. Partic.* מְשַׁבַּח וּמְרוֹמֵם *Laudo & extollo*, Dan. 4.34. *Pyh.* וְרוֹמַם Et exaltatus fuit, Psalm.66.17. R.Salom. Et elatio, Laus elata, idem quod רוֹמְמוֹת. *Part.* וּמְרוֹמָם Et exaltatum, Nehem. 9.5. *Futur.* תְּרוֹמַמְנָה Exaltantur, Psal.75.11. *Hiph.* הֵרִים *Elevare, Exaltare, Erigere, Extollere, Offerre, Tollere, Auferre: Præter.* הֵרִים יָד בַּמֶּלֶךְ Sustulit manum contra regem, 1 Reg.11.27. וְהֵרִים אֶת־הַדֶּשֶׁן Et tollet cinerem, Levit.6.10. הֲרִימוֹתָ קוֹל Extulisti vocem, 2 Reg.19.22. אֲשֶׁר הֵרִימוּ Quod obtulerunt, Numer.31.52. *Partic.* מֵרִים רֹאשִׁי Exaltans caput meum,

meum, Pſal.3.4. *Imper.* הָרֵם אֶת־מַטְּךָ Attolle virgam tuam, Exod.14.16. *Chald.Partic.* הֲוָה מָרִים *Erat extollens*, Dan.5.19. cum Kametz ſub characteriſtico מ, ut Dan.2.21. *Hoph.Præter.* וַאֲשֶׁר הוּרָם Et qui elevatur, Exod.29.27. הֻרַם הַתָּמִיד Ablatum eſt juge ſacrificium, Dan.8.11. [In quibuſdam Codicibus legitur הֵרִים] cum י redundante. *Futur.* כַּאֲשֶׁר יוּרָם Sicut aufertur, Levit.4.10. *Hithp.Fut.* אֵרוֹמָם Exaltabor, pro אֶת, Jeſ.33.10 וְיִתְרוֹמֵם Et extollet ſe, Dan.11.36. *Chald.Præter.* הִתְרוֹמַמְתָּ *Extuliſti te*, Dan.5.23.

רָם m. *Elatus, Celſus, Excelſus* : עַל־כִּסֵּא רָם Super ſolium excelſum, Jeſa.6.1. *Plur.* עַל־הֶהָרִים הָרָמִים Super montes excelſos, Deuteron.12.2. *Conſtr.* וְרָמֵי הַקּוֹמָה Excelſi ſtaturâ, Jeſa.10.33. *Fœmin.* בְּיָד רָמָה Manu excelsâ, Exod.14.8. *Plur.* עֵינַיִם רָמוֹת Oculos elatos, Prov.6.17.

רוּם maſc. *Elatio*, רוּם עֵינַיִם Elatio oculorum, Proverb.21.4. *Chald. cum Aff.* רוּמֵהּ *Altitudo ejus*, Eſr. 6.3. Dan.3.1.

רוֹם m. *Altitudo, Altum* : רוֹם יָדֵיהוּ נָשָׂא In altum manus ſuas levavit, Hab.3.10.

רִים m. *Exaltatio*, juxta quoſdam : *Cum articulo*, הָרִים Pſal.75.7. Chaldæus & Hebræi, Montium.

רוֹמָה f. *Idem* : לֹא תֵלְכוּ רוֹמָה Non ambulabitis (cum) elatione, Mic.2.3. [Ubi ſubaudito ב fit adverbium,] id eſt, elatè : Chaldæus, בְּקוֹמָה זְקוּפָה Staturâ erectâ.

רָמָה *Excelſum, Suggeſtum*, Locus editior, Ezech.16. 24,31. *Eſt & proprium nomen loci* : *Plur.cum Aff.* רָמֹתַיִךְ Excelſa tua, ver.39.

רָמוּת f. *Altitudo* : *Aff.* רָמוּתֶךָ Altitudine tuâ, Ezech. 32.5. nempe, Cadaverum tuorum, ut Chaldæus & Kimchi interpretantur.

רָאמוֹת f.p. *Sandastri*, juxta quoſdam; Gemmæ vel margaritæ pretioſæ ſpecies; Quidam, *Coralia*: Alii aliter: Lapides fuerunt pretioſi, qui nunc ignoti ſunt, ſcribunt Hebræi, Job.28.18. Ezech.27.16.

רוֹמֵמָה f. *Excelſa, Elata*, Pſal.118.16. *Plur.* רוֹמְמוֹת אֵל Exaltationes Dei, Pſal.149.6.

רוֹמְמוּת fœm. *Exaltatio*: *Aff.* מֵרוֹמְמֻתֶךָ Ab exaltatione tua, Jeſ.33.3.

מָרוֹם m. *Altum, Altitudo, Celſitudo, Excelſum, Sublime*: יֹשְׁבֵי מָרוֹם Habitatores excelſi, Jeſ.26.5. וַתִּשָּׂא מָרוֹם Et attollis (in) ſublime oculos tuos, Jeſa.37.23. pro לַמָּרוֹם, & ita ſæpe Præpoſitio ב vel ל in hoc Nomine deficit: *Conſtr.* מְרוֹם הָרִים Altitudinem montium, Jeſa.37.24. *Plur.* הוּא מְרוֹמִים יִשְׁכֹּן Ipſe excelſa inhabitat, Jeſa.33.16. בַּמְּרוֹמִים In excelſis, ſcil. dignitatibus, In excellentiis, Eccleſ.10.6. *Conſtruct.* מְרוֹמֵי קָרֶת Excelſa urbis, ſcil. loca, Prov.9.3. *Aff.* עֹשֶׂה שָׁלוֹם בִּמְרוֹמָיו Faciens pacem in excelſis ſuis, Job.25.2.

תְּרוּמָה fœm. *Oblatio*, quæ ſponte dabatur Deo, Sacerdotibus & Levitis, cui in Lege nec menſura, nec æſtimatio. Ditiores poſtea de quadraginta, mediocres de quinquaginta, tenuiores de ſexaginta unum dabant, R.Salom. Deut.18.4. De centum communiter duo. Unde תְּרוּמָה dictum, quaſi תְּרֵי מִמֵּאָה Duo de centum. Si quis horreum plenum collegiſſet manipulis frugum, ſeparabat ex æquo & bono aliquot ſacerdoti, & poſtea totum horreum erat liberum Domino ſuo. De his multæ extant Hebræorum traditiones: Vide Talmud. lib. תרומות cap.4. וְיִקְחוּ לִי תְּרוּמָה Ut accipiant mihi oblationem, id eſt, acceptam offerant, Exod.25.2. *Conſtr.* יִתֵּן תְּרוּמַת יְהוָה Det oblationem Domini, Exod.30.14. *Aff.* תִּקְחוּ אֶת־תְּרוּמָתִי Accipietis oblationem meam, Exo.25.2. *Plur.*

Plur. שְׂדֵי תְרוּמוֹת Agri oblationum, de quibus ſcil. oblationes dari ſolebant, 2 Sam.1.21. אִישׁ תְּרוּמוֹת Vir oblationum, Prov.29.4. id eſt, Avarus, injuſtas oblationes colligens, vel iniquas exactiones ſubditis imponens, juxta Ab.Eſram: *Aff.* מִשְׁמֶרֶת תְּרוּמֹתָי Obſervationem oblationum mearum, Num.18.8.

תְּרוּמִיָּה f. *Collativa, Oblativum, Separatum, Separata pars*, Ezech.48.12.

רוּעַ *Malum eſſe vel videri*: Convenit ei יָרַע *Clangendi, Vociferandi* ſignificatum, vide infra in ריע: *Confringendi, Conterendi*, in רעע: *Sociandi, Socii*, in רעה. Formæ & ſignificata hîc confunduntur. *Præt.* וּבְעֵינֵי מֹשֶׁה רָע Et in oculis Moſis malum viſum fuit, Num.11.10. *Fœmin.* וְרָעָה לְךָ זֹאת Et malum erit tibi hoc, 2 Sam.19.7. וְרָעָה עֵינְךָ Et malignus ſit oculus tuus, Deut.15.9. *Infin.* רֹעָה vide in רָעַע. *Imperat.* רֹעוּ Ibid. *Futur.* יֵרַע in יָרַע: & יָרוֹעַ in רָעַע. *Niph.Fut.* וְרֹעֶה כְסִילִים יֵרוֹעַ Qui conſociat ſe ſtolidis, pejor efficietur, Prov.13.20. Vide & רָעַע. *Pyh. Futur.* יְרֹעַע vide in רִיעַ. *Hiph.* הֵרַע *Malum facere, Malè agere, Malefacere, Malo aut damno afficere*: Conſtruitur communiter cum Dativo, quandoque cum Accuſativo: ſemel cum עַל, quaſi dicas, Inducere malum ſuper aliquem, Obruere aliquem malo. *Præt.* הֵרַע לָעָם הַזֶּה Malefecit populo huic, Exod. 5.23. וְלֹא הֲרֵעֹתִי אֶת־אַחַד מֵהֶם Neque malo affeci ullum ex eis, Numer.16.15. הֲרֵעֹתֶם לַעֲשׂוֹת Pejus feciſtis faciendo, id eſt, Longè pejus egiſtis quàm Majores veſtri, Jerem.16.12. In alia ſignificatione vide in רִיעַ: הֵרֵעוּ Pejus fecerunt, Jer.7.26. Vide & רִיעַ &c. *Obſervandum hac ſignificatione non exprimi in medio* ו: *quæ verò illud expreſſum habent, pertinent ad* רִיעַ. *Hithp.* הִתְרֹעֲעָה vide in רָעַע. *Infin.* אִישׁ רֵעִים לְהִתְרוֹעֵעַ Viro amicorum colenda eſt amicitia, Proverb.18.24.

verb.18.24. vel, Vir amicorum habendus amicè eſt: Forma hinc eſt, ſed ſignificatio à רָעָה: Alia ex hac conjugatione vide in רִיַע.

רַע Vide in ריע.

רַע, רָע maſc. *Malus*: Et ſubſtantivè, *Malitia, Malum*: רַע מִנְּעוּרָיו Malum eſt à pueritia ſua, Geneſ.8.21. מַרְאֵיהֶן רַע Aſpectus earum malus eſt, Geneſ.41.21. בֵּין טוֹב וּבֵין רַע Inter bonum & inter malum, Levit. 27.12. סוּר מֵרָע Recede à malo, Prov.3.7. Per pleonaſmum literæ Lamed: לְמֵרָע A malo, 2 Sam.13.22. *Plur.* מַדּוּעַ פְּנֵיכֶם רָעִים Quare facies veſtræ malæ ſunt, Geneſ.40.7. id eſt, afflictæ, triſtes. *Fœmin.* חַיָּה רָעָה Beſtia mala, Gen.37.20. וְרָעָה Et malum, malitia, 1 Sam.25.28. *Conſtr.* רַבָּה רָעַת הָאָדָם Multa malitia hominum, Geneſ.6.5. *Aff.* וְרָעָתוֹ Et malum ejus feſtinat valdè, Jer.48.16. *Plur.* רָעוֹת רַבּוֹת Mala plurima, Deuter.31.17. *Aff.* בְּרָעוֹתֵיהֶם In malis eorum, Pſal.141.5.

רוֹעַ maſc. *Malitia, Malignitas*: רֹעַ לֵב Malum cordis, Nehem.2.2. רֹעַ מַעַלְלֵיכֶם Malignitatem operum veſtrorum, Jeſ.1.16. *Triſtitia. Eccleſ: 7. 3.*

מֵרַע maſc. *Malignus, Maleficus*, Prov.17.4. חָנֵף וּמֵרַע Hypocrita & maleficus, Jeſa.9.17. *Eſt etiam* מ *Præpoſitio, ut ante in* רַע: *Et ſubſtantivè,* לְמֵרַע Ad malum, Dan.11.27. id eſt, לְהָרַע Ad malefaciendum. *Plur.* זֶרַע מְרֵעִים Semen maleficorum, Jeſa.1.4. Ex forma Participii Hiphil. Vide & infra in רעה.

תְּרוּעָה Vide in רִיַע.

רוּף *Pih.* רוֹפֵף *Concutere, Quaſſare. Pyh.* [Semel in] *Fut.* יְרֹפָפוּ Concutiant, Job.26.11.

רִיפוֹת f.p. *Contuſa*, grana commolita, quæ Latini *Molam* dicunt, [וַתִּשְׁטַח עָלָיו הָרִפוֹת Et expandit ſuper illud molam.] 2 Sam.17.19. [Ubi deficit (י)] בְּתוֹךְ הָרִיפוֹת In medio molarum, Prov.27.22.

תְּרוּפָה f. *Sanatio*, *Curatio*, Ezech.47.12. Formam hinc habet, ſed ſignificatione pertinet ad רָפָא.

רוּץ *Currere*, *Accurrere*, *Concurrere*, *Decurrere*, *Diſcurrere*, *Excurrere*, *Præcurrere*. *Præterit.* רָץ Cucurrit, Gen.18.7. רַצְתָּ Cucurriſti, Jer.12.5. *Partic.* לָמָּה זֶּה אַתָּה רָץ Quamobrem tu curris, 2 Sam.18.22. מִנִּי־רָץ Præ curſore, Job.9.22. Quæ ex hujus Verbi forma *Confringendi* ſignificationem habent, vide in רָצַץ. *Niph.* נָרוֹץ, תֵּרוֹץ vide in רָצַץ. *Pih. Futurum*, יְרֹצְצוּ Diſcurrent, Nah.2.4. vide in רָצַץ. *Hiph.* הֵרִיץ *Currere*, *Excurrere fecit*, *Fugavit* : *Imperat.* וְהָרֵץ Et currere fac, id eſt, Celeriter deporta, 1 Sam.17.17. *Fut.* אֲרִיצֶנּוּ מֵעָלֶיהָ Faciam ut tranſcurrat ab ea, fugabo eum, Jer.49.19. תָּרִיץ יָדָיו לֵאלֹהִים Currere faciet manus ſuas ad Deum, Pſalm.68.32. id eſt, Manuum ſuarum donum offeret Deo : וַתָּרֶץ vide רָצַץ : *Plural.* וַיְרִיצֻהוּ Et currere fecerunt eum, Geneſ.41.14. *Hithp.* וַיִּתְרֹצֲצוּ vide in רָצַץ.

רָץ maſc. *Currens*, *Curſor*, ut in principio Radicis. *Plur.* רָצִים Curſores, 2 Reg.11.6. *Et in Nun*, הָרָצִין Curſorum, 1 Reg.11.13.

מֵרוֹץ *Curſus*, Eccleſ.9.11.

מְרוּצָה f. *Concuſſio*, Jer.22.17. Forma hinc eſt, ſed ſignificatio à רָצַץ. Item *Curſus* : *Conſtruct.* אֶת־מְרוּצַת הָרִאשׁוֹן Curſum prioris, 2 Sam.18.27. *Aff.* מְרוּצָתָם Curſus ipſorum, Jer.23.10.

רוּשׁ *Pauperari* : *Præterit.* כְּפִירִים רָשׁוּ Leunculi pauperantur, Pſal.34.11. *Pih. Futur.* יְרֹשֵׁשׁ Depauperabit, Jerem.5.17. *Pyh. Præterit.* רֻשַּׁשְׁנוּ Depauperati ſumus, Mal.1.4. *Hithp. Partic.* מִתְרוֹשֵׁשׁ Qui ſe pauperem fingit, Prov.13.7.

רָשׁ maſc. *Pauper* : אִישׁ רָשׁ וְנִקְלֶה Vir pauper & vilis, 1 Sam.18.23. *Interdum eſt cum Epentheſi* א, רָאשׁ Proverb.10. 4. *Plur.* בְּרָשִׁים יִמְשׁוֹל In pauperes dominabitur,

nabitur, Prov.22.7. [Semel] *cum* א, רָאשִׁים Prov. 13.23. cujus aliam ſignificationem vide in ראש. In Vajikra rabba, ſect.33. octo nomina Pauperum enumerantur: אֶבְיוֹן Egenus, דַּךְ Attritus, דַּל Attenuatus, הֵלֵךְ Pauper, מָךְ Attritus, מִסְכֵּן Pauper, רָשׁ Pauper, quæ vide ſuis locis.

רֵישׁ m. *Paupertas*, Prov.13.18. *vel* רִישׁ Prov.28.19. *vel* רֵאשׁ Prov.30.8. *Aff.* רִישׁוֹ Paupertatis ſuæ, Prov.31.7. רֵאשֶׁךָ Paupertas tua, Prov.6.11. רֵישָׁם Paupertas eorum, Prov.10.15. Similem formam vide in אין.

רוש Vide in ראש.

רז m. *Chald.* Secretum, Arcanum: *Emph.* רָזָא Dan.2. v.19. *Plur.* רָזִין גָּלֵא *Revelans arcana*, Dan.2.28. וְגָלֵא רָזַיָּא *Et qui revelat ſecreta, ver.*29.

רזה *Emaciavit*: *Præterit.* רָזָה Emaciavit omnes deos terræ, Soph.2.11. *Niph Fut.* וּמִשְׁמַן בְּשָׂרוֹ יֵרָזֶה Et pinguedo carnis ejus emaciabitur, Jeſ.17.4.

רָזָה f. *Macilenta*, Num.13.21. In maſculino diceretur רָזֶה, formæ יָפֶה.

רָזִי m. *Macies*: רָזִי לִי רָזִי לִי Macies eſt mihi, macies eſt mihi, Jeſa.24.17. id eſt, Mœrore contabeſco. Chaldæus, *Secretum*.

רָזוֹן m. *Macies*, Jeſ.10.16. Vide & רזן.

תִּרְזָה f. *Cupreſſus.* Vide in lit. ת.

רזח מַרְזֵחַ m. *Curator*, *Deſignator funebris*, juxta quoſdam, Jerem.16.5. qui ſcilicet informat de omnibus, quæ ad luctum & parentalia pertinent. [Legitur ſemel.] Chaldæus, מַרְזֵיחָא: R.Salomon, בית משתה *Domum convivii*, ſcil. funebris: Kimchi, בית אבל *Domum lugentis.* Sic priſci Hebræi: מאן יתיב בי מרזיחא בראש *Quis conſiderabit in domo lugentis in capite*, id eſt, loco primario & ſummo? ſcil. epulandi & lugentem conſolandi causâ: Item: מאי מרזיחא אבל Quid eſt *marſecha?* אבל

אָבֵל *Abbel*, Lugens, Kethuvoth, fol. 69. 1.

מִרְזַח m. *Luxus funebris* : [Semel in] *Constr.* וְסָר מִרְזַח סְרוּחִים Et recedet luxus luxuriantium, Amos. 6. 7. R. Salom. *Et recedet vel amovebitur convivatio luxuriosorum* : Probat ex libro antiquo Siphre hanc vocem idem esse, quod *Convivium* : Ab. Esra, *Canticum*. Quidam *Designatio*, Apparatus scil. omnis convivalis propter mortuos.

רָזַם *Spectavit*, *Collimavit* : [Semel in] *Futuro*, וּמַה־יִּרְזְמוּן עֵינֶיךָ Et quid collimant oculi tui? Quid innuunt? quorsum spectant oculi tui? Job. 15. ver. 12.

רָזַן רוֹזֵן masc. *Rex*, *Princeps*, *Dominator*, Proverb. 14. v. 28. Plerique Hebræorum *Maciem* exponunt, à רזה; nempe, Rex aut Princeps sine subditis macie atteritur.

רֹזְנִים m. p. *Dominatores*, Jud. 5. 3. *Chald.* שִׁלְטוֹנַיָּא.

רָחַב *Dilatari* : *Præterit.* רָחַב פִּי Dilatatur os meum, 1 Sam. 2. 1. וְרָחַב לְבָבֵךְ Et dilatabitur cor tuum, Jesa. 60. 5. *Niph. Partic.* כַּר נִרְחָב Pascuum latum, Jesa. 30. 23. *Hiph. Præterit.* הִרְחִיב יְהוָה לָנוּ Dilatavit Dominus nobis, Genes. 26. v. 22. הִרְחַבְתָּ לִּי Dilatâsti mihi, Psalm. 4. 2. [Ubi ל est cum Dagesch, dicto אָתֵה מֵרָחִיק quod initiali literæ, post ה penacutum imprimi solet.] *Et intransitivè*, צָרוֹת לְבָבִי הִרְחִיבוּ Angustiæ cordis mei dilatant se, Psalm. 25. ver. 17. הִרְחַבְתְּ מִשְׁכָּבֵךְ Dilatâsti cubile tuum, Jesa. 57. ver. 8.

רָחָב masc. *Amplus*, *Latus*, Job. 30. 14. *Constr.* רְחַב־נֶפֶשׁ Latus animo, Prov. 28. 25. וּרְחַב לֵבָב Et latus corde, Tumens animo, Psalm. 101. 5. *Plural. Construct.* רַחֲבֵי יָדַיִם Ampli, lati spaciis, Jesa. 33. 21. *Fœmin.* רְחָבָה Latum, Psal. 119. 96. *Constr.* רַחֲבַת יָדַיִם Ampla spaciis, Jes. 22. 18.

רֹחַב m. *Latitudo*, Exod.26.16. *Aff.* רָחְבּוֹ Latitudo ejus, Exod.25.10.

רַחַב f. *Idem*, Job.36.16.

רָחָב m. *Amplitudo : Constr.* וּרְחַב־לֵב Et amplitudo animi, Prov.21.4. *Plur.Constr.* עַד־רַחֲבֵי־אָרֶץ Usque ad latitudines terræ, Job.38.18.

רְחוֹב c. *Platea*, lata propriè, Esth.4.6. *Aff.* מֵרְחֹבָהּ A platea ejus, Psal.55.11. *Plural.* רְחֹבוֹת Plateæ, Amos.5.16. *Aff.* בִּרְחוֹבֹתֵינוּ In plateis nostris, Thren.4.18.

רְחָבָה f. *Latitudo*, Psal.119.45.

מֶרְחָב masc. *Latitudo*, Locus latus, amplus & spaciosus: בַּמֶּרְחָב In loco amplo, Psal.31.9. *Plur.Constr.* לְמֶרְחֲבֵי אֶרֶץ Per latitudines terræ, Hab.1.6.

רָחֵל fœm. *Ovis*, fœmina propriè, Jesa.53.7. *Plural.* רְחֵלִים Gen.32.14. *Aff.* רְחֵלֶיךָ Oves tuæ, Genes.31.38.

רָחַם *Dilexit*, propriè ex intimis visceribus, quasi deductum à Nomine רֶחֶם *Uterus*, qui tenerrimo affectu fœtum complectitur. *Futur.* אֶרְחָמְךָ Ex intimis visceribus diligam te, Psal.18.2. *Pih.* רִחֵם *Misereri :* Construitur cum Accus. & Præpositione עַל. *Præt.cum Infin.* כְּרַחֵם אָב עַל־בָּנִים Sicut miseretur pater super filios, רִחַם יְהוָה עַל־יְרֵאָיו Miseretur Dominus timentium ipsum, Psalm.103.13. וְרִחַמְתִּי אֶת־אֲשֶׁר אֲרַחֵם Et miserebor cuius misertus fuero, Exod.33.19. *Pyh. Præt.* לֹא רֻחָמָה Non est misericordiam consecuta, Hos.1.6. sed usurpatur ut Proprium nomen. *Fut.* בְּךָ יְרֻחַם In te misericordiam consequetur, Hos.14.4. יְרֻחָם Misericordiâ afficietur, Prov.28.13.

רַחוּם m. *Misericors*, Exod.34.6. Est formæ תַּנּוּר.

רַחַם masc. *Misericordia*, *Miseratio*, Nomen formæ מִקַּל. aut est Infinitum ipsum Pihel, Hab.3.2. *Plur.* רַחֲמִים *Miserationes*, *Misericordiæ*, *Viscera*, pro ipso affectu Miseri-

Misericordiæ: וְנָתַן לְךָ רַחֲמִים Et ut largiatur tibi misericordiam, Deut.13.17. אֶת־הַחֶסֶד וְאֶת־הָרַחֲמִים Benignitatem & miserationes, Jer.16.5. *Constr.* רַחֲמֵי רְשָׁעִים אַכְזָרִי Miserationes improborum [crudelis, id est, quælibet sunt crudeles. Talis enim phrasis, distributionem notat.] Proverb.12.10. *Aff.* כִּי־נִכְמְרוּ רַחֲמָיו Nam incalescebant vel æstuabant viscera ejus, affectu scilicet misericordiæ, Gen.43.30. Sic 1 Reg. 3.26. כְּרֹב רַחֲמֶיךָ Secundùm multitudinem miserationum tuarum, Psalm.51.3. *Chald.* וְרַחֲמִין לְמִבְעֵא *Et misericordiam petendam esse*, Dan.2.18.

רֶחֶם m. *Vulva, Uterus*: רֶחֶם מַשְׁכִּיל Vulvam abortientem, Hos.9.14. מֵרֶחֶם מִשְׁחָר Ab utero auroræ, Psal. 110.3. id est, A tempore ascensus auroræ, Ab.Esra.

רַחַם mas. *Idem*: בִּרְכוֹת שָׁדַיִם וָרָחַם Benedictionibus uberum & uteri, Genes.49.25. *Aff.* וַיִּפְתַּח אֶת־רַחְמָהּ Et aperuit vulvam ejus, Gen.29.31.

רַחַם f. *Puella*, Jud.5.30. *Dual.* רַחֲמָתַיִם Puellæ duæ, Ibid. cujus singulare esset רַחֲמָה.

רָחָם m. *Merops*, Levit.11.18. avis ab Amore & Misericordia erga parentes sic dicta, quòd eos in altissimis specubus reconditos alat, ut Plinius scribit lib.10. cap.33. *Cum* ה *paragogico*, רָחָמָה, Deut.14.17. Talmudici *Picam* explicant, Cod.Cholin cap.3.pag.63. & sic quoque Judæi Germani.

רַחֲמָנִיּוֹת f.p. *Misericordes*, Thren.4.10. Masculinè, רַחֲמָן *Misericors*, apud Rabbinos.

רחף *Commoveri, Commovere se*: Hebræi notant, Verbum proprium esse avium alas motitantium, dum vel pullos ad volatum provocant, ut Ciconiæ & Aquilæ; vel se in aëre suspendunt prædæ inhiantes, & inde, *Incubare*: *Præterit.* רָחֲפוּ כָּל־עַצְמוֹתַי Commovent se, Tremunt omnia ossa mea, Jerem. 23.9. *Pih.Partic.fœm.* וְרוּחַ אֱלֹהִים מְרַחֶפֶת Et spiritus

ritus Dei incubabat superficiei aquarum, Genes. 1.2. scil. כיונה מרחפת על בניה ואינה נוגעת Quemadmodum columba incumbit pullis suis, neque eos attingit aut lædit alis suis, ut explicatur Cod. Talmud. Chagiga, cap.2. fol.15. *Fut.* עַל־גּוֹזָלָיו יְרַחֵף Pullis suis incubat, Deut.32.11.

רחץ *Lavit, Lavit se: Præt.* רָחַץ בְּשָׂרוֹ Laverit carnem suam, Levit.22.6. וְרָחַץ בַּמַּיִם Et lavabit se, vel, Lavabitur aquâ, Levit.14.8. רָחַצְתִּי אֶת־רַגְלַי Lavi pedes meos, Cantic.5.3. *Pyh. Præt.* מִצֹּאָתוֹ לֹא רֻחָץ A sorde sua non est lota, abluta, Prov.30.12. לֹא רֻחַצְתְּ Non es lota, Ezech.16.4. *Hithp.* אִם־הִתְרָחַצְתִּי Si lavero me, Job.9.30.

רַחַץ m. *Lotio: Aff.* סִיר רַחְצִי Olla lotionis meæ, Psa.60.10.

רַחְצָה f. *Lavacrum, Ablutio:* שֶׁעָלוּ מִן הָרַחְצָה Quæ ascenderunt de lavacro, Cant.4.2.

רחץ *Chald.* Confisus est: *Ithpeh. Præt.* הִתְרְחִצוּ *Confisi sunt*, Dan.3.28. ה usurpatum ex Hebraismo, quod Danieli familiare.

רחק *Procul, Longè, Longinquum esse, abesse, existere vel distare, Longè, vel, In longinquum abire, abscedere, recedere vel proficisci.* Frequenter cum Præpositione מִן construitur. *Præt.* רָחַק מִשְׁפָּט מִמֶּנּוּ Procul recessit jus à nobis, Jesa.59.9. *Infin.* כִּרְחֹק Quàm longè distat, Psal.103.12. *Fut.* יִרְחַק מֵהֶם Procul erit ab eis, Prov.22.5. *Niph. Fut.* יֵרָחֵק Procul amoveatur, Eccles.12.6. Vide רחק. *Pih. Præterit.* וְלִבּוֹ רִחַק Et cor suum procul amovet à me, Jesa.29.13. יְרַחֲקוּ אֶת־זְנוּתָם Longè amovebunt scortationem suam, Ezech.43.9. *Hiph.* אַחַי מֵעָלַי הִרְחִיק Fratres meos procul à me abegit, Job.19.13. *Infin.* הַרְחֵק מְאֹד Procul abscedendo valdè, Jos.3.16. *Fut.* אַרְחִיק נְדֹד Elongarem vagari, Psal.55.8. id est, Quàm longissimè evagarer & fugerem.

רָחוֹק masc. *Longinquus, Longinquum*: Et adverbialiter, *Longè, Procul*: רָחוֹק יְהוָה מֵרְשָׁעִים Longinquus est Dominus ab improbis, Proverb.15.29. *Plural.* רְחֹקִים Longinqui, Jesa.33.13. *Fœmin.* מֵאֶרֶץ רְחֹקָה Ex terra longinqua, Deut.29.22. *Plur.* רְחֹקֹת מִמְּךָ מְאֹד Longinquis à te valdè, Deuteron.20.15. *Chald.* רַחִיקִין הֲווֹ מִן־תַּמָּה *Procul remoti estote inde*, Esr.6.6.

רְחֵקִים m.p. *Longinqui*: רְחֵקֶיךָ Longinqui tui, vel, à te, Psal.73.27.

מֶרְחָק m. *Longinquitas, Remotio*: בֵּית הַמֶּרְחָק In domo remotionis, 2 Sam.15.17. id est, In loco quodam remoto: מֵאֶרֶץ הַמֶּרְחָק E terra longinquitatis, id est, longinqua, Jerem.4.16. מִמֶּרְחָק תָּבוֹא E longinquitate, loco longinquo veniet, Jes.10.3. *Plural.* מֵאֶרֶץ מַרְחַקִּים E terra longinquitatum, i.e. remotissimâ, Jer.8.19. *Constr.* מֶרְחַקֵּי־אָרֶץ Longinquitates terræ, Jesa.8.9.

רָחַשׁ *Ebullivit, Excogitavit*: [Extat semel] *Præterit.* רָחַשׁ לִבִּי דָּבָר טוֹב Ebullit cor meum rem bonam, Psal.45.2.

מַרְחֶשֶׁת f. *Ahenum, Cacabus*, Vas in quo aliquid Ebullitur, Levit.2.7. & 7.9.

* רַחַת Vide supra in רוח.

רָטַב *Madere, Humidum esse.* [Semel in] *Fut.* [Kal.] מִזֶּרֶם הָרִים יִרְטָבוּ Ab inundatione montium madent, Job.24.8.

רָטֹב m. *Succosus, Humidus*, Job.8.16.

* רָטָה Unde possit esse יִרְטֵנִי, quod vide in ירט.

רֶטֶט רֶטֶט m. *Tremor, Horror*: וְרֶטֶט הֶחֱזִיקָה Et tremorem membrorum comprehendit, Jer.49.24. [Nec ampliùs in Scriptura. Estque idem quod רְתֵת] Verbum רְטַט *Tremere*, in Targum.

רֻטֲפַשׁ *Pyh. Recreatus fuit*: *Præt.* רֻטֲפַשׁ בְּשָׂרוֹ Recreatur caro ejus, Job.33.25. Jonathan Chaldæus,

dæus, אִתְקְלִישׁ Attenuatur,& sic Kimchi & Ab.Esra. R.Levi, *Humidior, Recentior est*. R.Salomon notat, esse compositum ex רָטַב, de quo paulo ante, & פּשׁ *Crescens, Augescens*. [Sæpiùs in Bibliis non legitur.]

רטשׁ *Pih. Allisit, Collisit. Fut.* וְעוֹלְלֵיהֶם תְּרַטֵּשׁ Et parvulos illorum allides, 2 Reg.8.12. תְּרַטַּשְׁנָה Allident, Jes.13.18. *Pyh.Præt.* אֵם עַל־בָּנִים רֻטָּשָׁה Mater cum filiis collidetur, Hos.10.14. *Fut.* עוֹלְלֵיהֶם יְרֻטָּשׁוּ Parvuli eorum allidentur, Hos.14.1.

ריח *Hiph.* הֵרִיחַ *Odoratus est, Olfecit: Sensit*: Construitur cum Accusativo & Præpositione ב. *Infin.* לְהָרִיחַ בָּהּ Ad odorandum in ea, Exod.30.38. *Aff.* וַהֲרִיחוֹ Et odorari ejus, Jes.11.3. *Futur.* אָרִיחַ בְּרֵיחַ Odorabor odorem, Levit.26.31. [Et וַיָּרַח Et odoratus est, Gen.8.21. pro וַיָּרַח.]

רֵיחַ *Odor, Odoratus*: וְרֵיחַ שַׂלְמֹתַיִךְ Et odor vestimentorum tuorum, כְּרֵיחַ לְבָנוֹן Sicut odor Libani, Cant. 4.11. *Chald.* וְרֵיחַ נוּר *Et odor ignis*, Dan.3.27.

רֵחַיִם m.d. *Molæ*, ab odore farinæ perpetuo: Dualis forma duas molæ partes indicat, quarum superior dicitur *Catillus*: inferior, *Meta*: וְטָחֲנוּ בָרֵחַיִם Et molebant molis, Num.11.8. אֲשֶׁר אַחַר הָרֵחָיִם Qui est post molas, Exod.11.5. nempe ad eas trudendas, manibus & corpore toto, labore durissimo, ad quem servi & captivi adhibebantur, ut Judic.16. Kimchi notat. *Per Synecdochen pro inferiore parte tantùm*; רֵחַיִם וָרָכֶב Metam & catillum, Deut.24.6.

ריע *Hiph.* הֵרִיעַ *Clangere*, fracto sono propriè, (nam aliter etiam clangebant sono fixo & æquali, Numer.10.7.) unde deinceps generaliùs sumitur pro *Vociferari*. *Præterit.* וַהֲרֵעֹתֶם Et fracto sono clangetis, Num.10.9. וַהֲרִיעֹתֶם Et vociferabimini, Jos. 6.10. הֵרִיעוּ Vociferabantur, Judic.15.14. Esr.3.11. וַיָּרֵעוּ Ut vociferarentur, 1 Sam.17.20. *Part.* מְרִיעִים Vocife-

Vociferantes, Esr.3.13. *Imper.* הָרִיעוּ Clangite, Psal. 47.2. *Fut.* יָרִיעוּ Vociferati fuerint, Jos.6.5. וַיָּרַע Et vociferatus est, ver.20. *Pyh.Fut.* יְרֹעַע Vociferatio agitabitur, Jes.16.10. *Hithp.Imper.* הִתְרוֹעֲעִי Clangentem age, Psal.60.9. *Fut.* אֶתְרוֹעָע Clangentem agam, Psal.108.10. יִתְרוֹעֲעוּ Clangunt, Psal.65.14. Vide amplius in רָעָה & רָעַע.

רֵעַ m. *Vociferatio*, Mich.4.9. *Aff.* בְּרֵעֹה In vociferatione sua, Exod.32.17. cum ה loco ו: Aliam significationem vide in רָעָה.

תְּרוּעָה f. *Clangor*, fractus sonus, Num.10.5. *Vociferatio*, 1 Sam.4.5.

ריק *Hiph.* הֵרִיק *Evacuavit, Exhausit, Effudit, Deplevit, Protulit, Exseruit, Evaginavit, Evaginare fecit*, cum ad gladium refertur: *Præt.* וַהֲרִיקֹתִי לָכֶם בְּרָכָה Proferam vobis benedictionem, Malach.3.10. וְהֵרִיקוּ חַרְבֹתָם Exserent gladios suos, Ezech.28.7. *Particip.* מְרִיקִים שַׂקֵּיהֶם Evacuabant saccos suos, Gen.42.35. *Imper.* הָרֵק חֲנִית Exsere hastam, Psalm. 35.3. *Fut.* אֲרִיקֵם Evacuabo eos, Psalm.18.43. Vide in רקק latius. וַיָּרֶק אֶת־חֲנִיכָיו Fecit ut evaginarent vernæ sui gladios, Gen.14.14. id est, Armavit, armatos reddidit, ad evaginationem exercuit. *Hoph.Præterit.* וְלֹא הוּרַק Neque evacuatus est, Jerem.48.11. *Futur.* תּוּרַק שְׁמֶךָ Diffunditur nomen tuum, Cantic.1.3.

רֵק m. *Vacuus, Inanis*: Metaphoricè, *Vanus*: וְהַבּוֹר רֵק Et cisterna erat vacua, Genes.37.24. *Plural.* כֵּלִים רֵקִים Vasa vacua, 2 Regum 4.3. אֲנָשִׁים רֵקִים Viri vani, 2 Paral.13.7. אַחַד הָרֵקִים Quispiam vanissimorum hominum, 2 Sam.6.20. *Fœmin.* וְרֵקָה נַפְשׁוֹ Vacua est anima ejus, Jesa. 29.8. *Plural.* הַשִּׁבֳּלִים הָרֵקוֹת Spicæ illæ vacuæ, Genes.41.27. *Hinc vox convitii Syra*, רֵקָא Matth.5. vers.22. ῥακά, Vanus, cerebro

cerebro vacuus, mente & judicio carens, Vanus, Levis & temerarius. Talmudicis familiare ריקא, & quandoque ריקה, semper cum י, quo Tzere indicatur & Chirek.

ריק m. *Inanitas, Inane*, Psal.4.3. Et adverbialiter, *Inaniter, Frustra*, Psal.73.3. Jesa.49.4.

ריקם *Immeritò, Inaniter*: Quandoque transit in naturam Nominis, *Vacuus*, singulariter & pluraliter, utriusque generis: ריקם Vacuum vel vacuè dimisisses me, Gen.31.42. לא תלכו ריקם Non abibitis vacui, Exod.3.21.

ריר *Salivavit: Fluxit. Præterit.* רר בשרו Si salivaverit caro ejus, Levit.15.3. [Extat tantùm in his locis.]

ריר m. *Saliva*: Metaphoricè, *Albumen ovi*: בריר חלמות In albumine vitelli, Job.6.6. *Aff.* ויורד רירו Et demisit salivam suam, 1 Sam.21.13.

רכב *Equitavit, Insedit equo, Vectus fuit* curru, vel equo vel asino: Construitur cum Præposit. על & ב. *Præt.* אשר רכב עליו Cui insidebat, Esth.6.8. *Partic.* רכב על־הפרד Insidebat mulo, 2 Sam.18.9. *Hiph.* הרכיב *Vehere vel vehi fecit, Vexit, Vehendum imposuit*; *Præt.* הרכבת אנוש Equitare fecisti hominem לראשנו super caput nostrum, Psal.66.12. *Imper. cum Fut.* הרכב ידך על־הקשת Equitare fac manum tuam super arcum, id est, impone vel appone manum tuam ad arcum, וירכב ידו Et apposuit manum suam, 2 Reg.13 16.

רכב m. *Currus*, collectivè; Item *Catillus*, molæ pars superior, Deut.24.6. sic dicta, quòd Vehitur super inferiorem, quæ Rabbinis dicitur שכב, quia Cubat infra superiorem, & Latinis vocatur *Meta*, Hebraicè רחים, ut supra in רוח dictum: רכב בחור Currus electos, Exod.14.7. אל־חיק הרכב In sinum currus, 1 Reg.

1 Reg.22.35. *Aff.* וַיֶּאְסֹר אֶת־רִכְבּוֹ Et ligavit, junxit currum suum, Exod.14.6. *Plur. Constr.* בְּרִכְבֵי In curribus Pharaonis, Cant.1.9. *Fœm.* רִכְבָּה Currus, Ezech.27.20.

רַכָּב m. *Eques*; *Auriga*, 2 Reg.9.17. *Aff.* לְרַכָּבוֹ Aurigæ suæ, 1 Reg.22.34.

רְכוּב m. *Vehiculum* : הַשָּׂם עָבִים רְכוּבוֹ Qui disponit nubes vehiculum suum, Psal.104.3.

מֶרְכָּב m. *Sedile*, *Ephippium*, *Stratum equi*, *Equitatus*, Levit.15.9. *Aff.* מֶרְכָּבוֹ Stragula ejus, Cant.3.10. לְמֶרְכָּבוֹ Pro equitatu suo, 1 Reg.4.26.

מֶרְכָּבָה f. *Currus*: 2 Sam.15.1. *Constr.* בְּמִרְכֶּבֶת הַמִּשְׁנֶה In curru secundani, Genes.41.41. cum Chirek sub מ: *Aff.* וַיֶּאְסֹר יוֹסֵף מֶרְכַּבְתּוֹ Et ligavit, hoc est, junxit Joseph currum suum, Gen.46.29. *Plur.* מַרְכָּבוֹת Currus, Zach.6.1. *Constr.* מַרְכְּבוֹת Currus Pharaonis, Exod.15.ver.4. *Aff.* Cur tardaverunt incessus מַרְכְּבוֹתָיו curruum ejus, Judic.5.28. quæ sunt cum Pathach sub מ ab initio.

אַרְכֻּבָּה m. *Chald.* Poples, à *Vehendo* : *Synecdochicè* Genu. *Aff.* וְאַרְכֻבָּתֵהּ *Et genua ejus*, Dan.5.6. *Hebraicè inversis literis dicitur* בֶּרֶךְ.

רכך Molliri, Mollescere, Molle esse : *Præt.* רַךְ־לְבָבְךָ Mollitus est animus tuus, 2 Regum 22.19. רַכּוּ דְבָרָיו מִשֶּׁמֶן Molliora sunt verba ejus oleo, Psal. 55.22. *Niph. Futur.* אַל־יֵרַךְ Ne mollescat, Deuteron. 20.3. *Pyh. Præterit.* רֻכְּכָה בַּשָּׁמֶן Emollita est oleo, Jesa.1.6. *Hiph. Præter.* הֵרַךְ לִבִּי Emollit cor meum, Job.23.16.

רַךְ m. *Mollis*, *Tener* : בֶּן־בָּקָר רַךְ וָטוֹב Filium bovis, id est, Vitulum tenerum & bonum, Gen.18.7. וְרַךְ הַלֵּבָב Et mollis corde, Deut.20.8. *Plur.* הַיְלָדִים רַכִּים Pueri isti teneri sunt, Genes.33.13. *Fœmin.* לָשׁוֹן רַכָּה

Lingua

Lingua mollis, Proverb.25.15. *Plur.* רַכּוֹת Mollia, Job.40.22.

רֹךְ m. *Mollities*, Deut.28.56.

מֹרֶךְ m. *Idem*, Levit.26.36.

רכל רֹכֵל masc. *Negotiator*, *Mercator* : *Aromatarius* : מִכֹּל אַבְקַת רוֹכֵל Omni pulvere aromatarii, Cantic.3.6. *Plural.* בְּעִיר רֹכְלִים In urbe negotiatorum, Ezech.17.4. *Constr.* רֹכְלֵי Negotiatores Seba, Ezech. 27.22. *Aff.* רֹכְלַיִךְ Mercatores tui, ver.17. *Fœm.* רֹכֶלֶת הָעַמִּים Mercatrix populorum, Ezech.27.ver.3. *Aff.* רֹכַלְתֵּךְ Negotiatrix tua, ver.20.

רָכִיל masc. *Detractor*, quasi famæ ac honoris proximi Nundinator : לֹא תֵלֵךְ רָכִיל Non ambulabis (ut) detractor, Levit.19.16. Ab.Esra, רֹכֵל Mercator emit ab uno, & vendit alteri : רָכִיל Detractor revelat huic id, quod audivit ab illo : אַנְשֵׁי רָכִיל Viri detractionis, Ezech.22.9.

רְכֻלָּה f. *Mercatura* : *Aff.* בְּרֹב רְכֻלָּתְךָ In multitudine mercaturæ tuæ, Ezech.28.16.

מַרְכֹּלֶת fœm. *Mercatus* : *Aff.* בְּמַרְכֻלְתֵּךְ In mercatu tuo, Ezech.27.24.

רכס *Ligavit*, *Alligavit* : *Futur.* וְיִרְכְּסוּ Et alliganto, Exod.28.28. & 39.21. Quidam, Attollunto.

רְכָסִים m.p. *Perversitates*, *Salebrosa*, *Salebræ* : וְהָרְכָסִים לְבִקְעָה Et salebras in convallem, Jesa.40.4. *Plural.* *Constr.* alterius formæ, מֵרֻכְסֵי אִישׁ A perversitatibus viri, Psal.31.21. Sing. רֶכֶס רֹכֶס vel רְכַס.

רכש *Acquisivit*, *Comparavit*, substantiam scilicet & opes. *Præterit.* כָּל־רְכֻשׁוֹ אֲשֶׁר רָכָשׁ Omnem substantiam ejus quam substantiavit, id est, acquisivit & comparavit sibi, Gen.31.18. אֲשֶׁר רָכָשׁוּ Quam acquisiverunt, Gen.12.5.

רְכוּשׁ masc. *Substantia*, *Facultates*, Omne acquisitum hominis,

minis, Genes.14.11. *Aff.* רְכוּשָׁם רָב Substantia eorum multa, Gen.13.6.

רֶכֶשׁ m. *Equus vel Mulus* levis & celer, tam ad equitatum, ut hodiè sunt Postæ, quàm Vecturæ celeriori, ut Cameratorum curruum, Mich.1.13. 1 Reg.4.28.

רָמָה *Jecit, Dejecit, Projecit, Jaculatus est: Præterit.* רָמָה בַיָּם Dejecit in mare, Exod.15.21. *Partic. Constr.* וְרֹמֵה קֶשֶׁת Et jaculantis arcu, Jer.4.29. *Plur.* רֹמֵי קֶשֶׁת Jaculantes arcu, Psal.78.9. *Chald. Præterit.* וּרְמוֹ לְגֻבָּא *Et projecerunt in foveam*, Dan.6.16. רְמֵינָא לְגוֹא נוּרָא *Projecimus in medium ignis*, Dan.3.24. וּרְמִיו *Et projecerunt, ver.*21. *Infin.* לְמִרְמֵא *Ad projiciendum, ver.*20. *Pih.* רִמָּה *Decipere, Defraudare, Fallere: Præter.* רִמָּה אֶת־רֵעֵהוּ Decipit proximum suum, Prov.26.19. רִמִּיתֶם אֹתָנוּ Decepistis nos, Jos.9.22. *Infin.* וְאִם־לְרַמּוֹתַנִי Et si ad decipiendum me, 1 Par. 12.17. [Ubi *Affix.* ־נִי est pro ־נִי] *Chald.ex Ithpehal, Futur.* יִתְרְמֵא לְגוֹא אַתּוּן *Projicietur in medium fornacis*, Dan.3.6. תִּתְרְמוֹן *Projiciemini, ver.*15.

רְמִיָּה f. *Falsitas, Fallacia, Dolus, Dolosus:* כְּקֶשֶׁת רְמִיָּה Sicut arcus doli, id est, dolosus, Hos.7.16. לָשׁוֹן רְמִיָּה Lingua dolosa, Psal.120.3. כַּף־רְמִיָּה Manus fraudulenta, Prov.10.4. לֹא יַחֲרֹךְ רְמִיָּה Non aduret (vir) doli venationem suam, Prov.12.27. id est, *Ignavus.* Sic ver.24. ejusdem capitis, & in loco præcedenti, & cap.19.15. Nam quod labore & industriâ acquirere refugit, id fraude comparare tentat, & sæpe se & alios decipit.

מִרְמָה f. *Idem:* אִישׁ דָּמִים וּמִרְמָה Vir sanguinum & fraudis, id est, Sanguinolentus & Fraudulentus, Psal. 5.7. *Plur.* דִּבְרֵי מִרְמוֹת Verba fraudum, id est, fraudulenta, Psal.35.20.

תָּרְמָה fœm. *Dolus:* בְּתָרְמָה Per dolum, *Dolosè*, Judic. 9.31. *Chald.* בְּרַז *Secretò, Clam:* & R.Salomon notat esse

esse Proprium nomen Loci, qui ver.41. dicitur *Aruma.*

תַּרְמִית fœm. *Dolus*, לְשׁוֹן תַּרְמִית Lingua doli, dolosa, Soph.3.13. וְתַרְמִית Et dolus, Jer.14.14. scribitur cum ו, sed legendum juxta Masorethas per י.

רֹמַח m. *Spiculum*; *Lancea*: וַיִּקַּח רֹמַח Et accepit lanceam, Num.25.7. *Plur.* מִרְקוּ הָרְמָחִים Tergite spicula, Jerem.46.4. *Aff.* רָמְחֵיהֶם Lanceis suis, Nehem.4.13.

רַמָּךְ m. *Equa*: [Legitur semel in] *Plur.* בְּנֵי הָרַמָּכִים Natos equarum, Esth.8.10. Aben Esra scribit, sic etiam Arabicè vocari Equas.

רָמַם *Attolli, Elevari*: *Præter.* ex forma Cholem, רֹמּוּ מְּעַט Attollunt se aliquantulum, Job.24.24. Ex alia significatione, *Verminosum fieri*, q.d. Vermificare. *Futur.* וַיָּרֻם תּוֹלָעִים Et vermificavit vermes, id est, produxit vermes, Exod.16.20. *Niph. Imperat.* הֵרֹמּוּ Tollite vos, Recedite, Num.16.24. *Futur.* יֵרֹמּוּ Extulerunt se, Ezech.10.17.

רִמָּה f. *Vermis*, Exod.16.24. *et Malus punica. H.*

רמן רִמּוֹן masc. *Malum punicum, Malogranatum*, Joel. 1.2. *Aff.* מֵעֲסִיס רִמֹּנִי De succo malogranati mei, Cant.8.2. Vel est Plurale, per defectum literæ ם, quod & in aliis quandoque fit, ut Kimch. notat: *Plur.* כָּל־הָרִמּוֹנִים Omnia mala punica, Jer.52.23. *Constr.* רִמֹּנֵי תְכֵלֶת Malogranata hyacinthina, Exod.28.33.

רָמַס *Calcavit, Conculcavit, Proculcavit*: *Præt.* וְרָמַס Et calcat, Mich.5.8. *Partic.* תַּמּוּ רֹמֵס Consumpti sunt calcans, id est, calcatores singuli, Jes.16.4. *Imperat.* רִמְסִי בַחֹמֶר Calca lutum, Nah.3.14. *Niph. Futur.* בְּרַגְלַיִם תֵּרָמַסְנָה Pedibus conculcabuntur, Jes.28.3.

מִרְמָס masc. *Conculcatio*, Dan.8.13. *Constr.* מִרְמַס רַגְלֵיכֶם Conculcationem pedum vestrorum, Ezech.34.19.

Eâdem formâ etiam abſolutum eſt, Jeſa.10. ver.6. & 7.25.

רָמַשׂ *Repſit, Reptavit: Partic.* אֲשֶׁר־רֹמֵשׂ Quod reptat, Geneſ.7.8. *Fœmin.* הָרֹמֶשֶׂת Quod reptat, Geneſ.1.21. *Fut.* אֲשֶׁר תִּרְמֹשׂ Quod reptat ſuper terram, Gen.9.2.

רֶמֶשׂ m. *Reptile, Reptilia*, Gen.24.25.

רָנָה *Sonuit:* [Semel in] *Fut.* עָלָיו תִּרְנֶה אַשְׁפָּה Contra ipſum ſonabit pharetra, Job.39.26.

רָנַן *Cecinit, Cantavit, Cantillavit: Exclamavit, Acclamavit: Infinit.* בְּרָן־יַחַד Quum canerent ſimul, Job.38.7. *Imper.* רָנּוּ שָׁמַיִם Cantate cœli, Jeſ.44.23. *Imperat.* רֹנִּי בַלַּיְלָה Exclama, Vociferare de nocte, Thren.2.19. *Futur.* in Schurek loco Cholem, יָרוּן Cantabit, Prov.29.6. ſimile vide in רָצַץ: *Cum* ה *paragogico* [præter normam] חָכְמוֹת בַּחוּץ תָּרֹנָּה [Summa ſapientia] foris clamitat, Prov.1.20. ſimile vide in דָּשַׁן. [Vel eſt pro תְּרֹנֵּנָה Sapientiæ foris clamitant.] *Pih.Præt.* וְרִנְּנוּ Et cantabunt, Jer.31.12. *Infinit.* רַנֵּן יְרַנֵּנוּ Cantando cantabunt, Pſalm.132.16. *Pyh. Futur.* לֹא יְרֻנָּן Non cantabitur, Jeſa.16.v.10. *Hiph.Imperat.* הַרְנִינוּ גוֹיִם עַמּוֹ Cantate gentes (&) populus ejus, Deut.32.43. *Fut.* אַרְנִן Cantare faciam, Job.29.13. תַּרְנִין Facis ut cantent, Pſal.65.9. *Hithp. Partic.* מִתְרוֹנֵן מִיָּיִן Cantans ex vino, Pſal.78.65.

רֹן m. *Cantatio: Plurale conſtr.* רָנֵּי פַלֵּט Cantionibus liberandi, id eſt, liberationis, Pſal.32.7.

רִנָּה fœm. *Cantus, Cantio, Clamor:* בְּקוֹל־רִנָּה Voce cantus, Pſalm.42.5. וַיַּעֲבֹר הָרִנָּה Et tranſivit clamor, 1 Reg.22.36. id eſt, juxta Hebræos, קוֹל הָרִנָּה Vox clamoris, ad tollendam diſcrepantiam generis. Vox clamoris, hoc eſt, præconis clamantis. *Aff.* הַקְשִׁיבָה רִנָּתִי Attende ad clamorem meum, Pſal.17.1.

רְנָנָה f. *Cantus, Cantio*, Job.3.7. *Conſtr.* רִנְנַת רְשָׁעִים

Cantus improborum, Job.20.5. *Plur.* וְשִׂפְתֵי רְנָנוֹת Et labiis cantionum, Psal.63.6.

רְנָנִים m.p. *Pavones*, à Clamore sic dicti, Job.39.16.

רֶסֶן m. *Lupatum, Frænum*, Psal.32.9. *Aff.* רִסְנוֹ Fræni ejus, Job.41.4. Rabbini plerunque volunt esse Ferrum ori equi inditum, Gebiß.

רָסַס *Aspersit, Conspersit*: [Legitur tantùm in Kal] *Infin.* לָרֹס אֶת־הַסֹּלֶת Ad conspergendum similam, Ezech.46.14.

רְסִיסִים m.p. *Conspersiones: Fragmenta, Scissuræ*, Amos. 6.11. *Constr.* רְסִיסֵי לָיְלָה Aspersionibus noctis, Cantic.5.2.

רַע *Chald.* Infrà, Subtus, *sed semper cum servili litera:* לְרַע לְאַרְעָא *Infra terram*, Eccles.3.21. *in Targum, pro Hebræo* לְמַטָּה: *& cum superaddito Mem*, מִלְּרַע *De subtus, pro Hebræo* מִלְּמַטָּה *vel* מִתַּחַת: *unde Grammatici vocem* Milrah *appellant, quæ accentum infrà habet, id est, in ultima. Et deniq; cum servili* א *ab initio* אֲרַע Infrà: *unde* אֲרַעָא מִנָּךְ *Inferius te*, Dan.2. 39. *id est, Demissius ac humilius tuo regno. Scribitur autem in fine cum* א *redundante, & legendum* אֲרַע *juxta Masorethas.*

אַרְעִית f. *Infimum*: לְאַרְעִית גֻּבָּא *Ad imum foveæ*, Dan. 6.24. *Hebr.* לְתַחְתִּית: *Et in Targum*, מְדוֹרִין אַרְעָאִין *Mansiones infimæ*, Gen.6.16. לְאַרְעָא אַרְעִיתָא *In terram imam*, Ezech.31.14. *Hinc* Terra *dicitur* אַרְעָא *quasi Ima*, כִּי הִיא לְמַטָּה מֵהַכֹּל *quia omnibus rebus inferior est, scribit Aben Esra*, Dan.3.39. *vide* ארע.

רָעֵב *Esurivit: Præter.* אִם־רָעֵב שֹׂנַאֲךָ Si esurierit odio habens te, Proverb.25.20. *Fut.* אִם אֶרְעַב Si esuriero, Psalm.50.12. *Hiph. Futur.* לֹא יַרְעִיב Non sinet esurire, Prov.10.3. וַיַּרְעִבֶךָ Et esurire fecit te, Deut.8.3.

רָעֵב m. *Esuriens, Famelicus*: עָם רָעֵב Populus famelicus,

cus, 2 Sam.17.29. *Plur.* כִּי רְעֵבִים אֲנַחְנוּ Quia famelici sumus, 2 Reg.7.12. *Fœmin.* לְנֶפֶשׁ רְעֵבָה כָּל־מַר מָתוֹק Animæ famelicæ omne amarum dulce est, Proverb.27.7.

רָעָב m. *Fames:* רָעָב גָּדוֹל Fames magna, 2 Reg.6.25.

רְעָבוֹן m. *Idem:* בִּימֵי רְעָבוֹן In diebus famis, Psal.37.19. *Constr.* רַעֲבוֹן בָּתֵּיכֶם Famem domuum vestrarum, Gen.42.19.

רָעַד *Tremuit: Fut.* וַתִּרְעָד Et tremit illa, Psal.104.32. *Hiph. Partic.* עָמַדְתִּי מַרְעִיד Steti tremens, Dan. 10.11. *Plur.* מַרְעִידִים Trementes, Esr.10.9.

רַעַד maſ. *Tremor:* יֹאחֲזֵמוֹ רָעַד Apprehendit eos tremor, Exod.15.15. *Fœm.* רְעָדָה אֲחָזָתַם Tremor comprehendit eos, Psal.48.7.

רָעָה *Pascere, Pascere se, Pasci, Depascere:* metaphoricè, *Consociare se, Socium, Amicum præbere se:* ut inter greges simul pascentes mutua est societas & amicitia: *Præter.* וְרָעָה אֶתְהֶן Et pascet eas, Ezech 34.23. רָעוּ אִישׁ אֶת־יָדוֹ Depascent singuli locum suum, Jer.6.3. וְרָעוּ Jer.11.6. vide in רָעַע. *Part.* רֹעֶה אֶת־צֹאן Pascens oves, Exod.3.1. Sæpe transit in Nomen substantivum, *Pastor:* וְרֹעֶה כְסִילִים Consocians se stultis, Prov.13.20. רֹעֶה עֲקָרָה Consociat e sterilem, Job.24.21. Hebræi *Conterit, Confringit*, ex significatione Verbi רָעַע: *Constr.* רֹעֵה צֹאן Pastor ovium, Gen.4.2. כְּאֹהֶל רֹעִי Sicut tentorium pastoris Jesa.38.12. cum י paragogico, propter quod abject tertia radicalis ה. Quidam putant deesse ם plurale pro רֹעִים, ut supra fuit רַמֵּנִי. Est & *Affixum Pronomen*, רֹעִי Pastor meus, Psal.23.1. *Fœmin.* רֹעָה Vide infrà in רעע. *Imper.* רֹעוּ Consociamini, Jesa.8 v.9. juxta R.Salomon. & Chaldæum: vide etiam in רָעַע. *Futur.* תִּרְעֶה אֶת־עַמִּי Pasces populum meum 2 Sam.5.ver.2. יִרְעוּךְ קָדְקֹד Depascunt tibi verticem

Jerem.2.16. Hebræi *Conterent, Confringent*, ex significatione רָעַע· *Pih.Præt.* אֲשֶׁר רֵעָה לוֹ Quem consociaverat sibi, Judic.14.20. *Hiph. Futur.* וַיַּרְעֵם Et pavit eos, Psalm.28.72. quædam exemplaria habent Chirek sub י, quasi ex Kal. *Hith.Futur.* per Apocopam, אַל־תִּתְרַע Ne amicitiam colas, אֶת־בַּעַל אַף cum domino iræ, id est, iracundo, Prov.22.24. pro תִּתְרָעֶה.

רֵעַ masc. *Amicus, Socius, Proximus* : Formam habet ex Quiescentibus secundâ radicali : בְּכָל־עֵת אֹהֵב הָרֵעַ Omni tempore diligit, qui amicus est, Pro.17.17. *Aff.* רֵעֲךָ וְרֵעַה אָבִיךָ Amicum tuum & amicum patris tui ne relinquas, Prov.27.10. ubi ה in altero redundat juxta Masorethas : אִישׁ אֶל־רֵעֵהוּ Quisque ad proximum suum, id est, alter alteri, Gen.11.3. Est etiam ex usu linguæ Chaldaicæ, *Cogitatio, Voluntas* : בַּנְתָּה לְרֵעִי Intelligis cogitationem meam, Psal.139. v.2. עַל־רֵיעֲכֶם Contra amicum vestrum, Job.6.27. hîc apparet י quasi à רוּעַ vel רִיעַ ex genere Quiescentium secundâ : *Plur.* רֵעִים רַבִּים Amici multi, Jer. 3.1. *Aff.* מַה־יָּקְרוּ רֵעֶיךָ Quàm pretiosæ sunt cogitationes tuæ, Psaml.139.17. אֹהֲבַי וְרֵעַי Amici mei & Proximi mei, Psalm.38.12. *Fœmin.* וְרֵעֹתַי Et amicæ meæ, Judic.11.37.

רֵעֶה m. *Amicus* : רֵעֶה דָוִד Amicus Davidis, 2 Sam.15. 37. retinet Sægol in constructione, præter morem.

רְעִי m. *Pascuum*, 1 Reg.4.22.

רַעְיָה f. *Amica* : *Aff.* רַעְיָתִי Amica mea, Cant.1.9.

רְעוּת fœm. *Amica, Proxima* : *Aff* מֵאֵת רְעוּתָהּ A proxima sua, Exod.11.2. לִרְעוּתָהּ Proximæ ejus, Esth.1.19. Et [semel] secundùm aliam significationem, *Afflictio, Depastio*, Eccles.1.14. quæ significatio est à רָעַע *Conterere*, unde Chaldæus reddit, תְּבִירָא *Confractio.* Sic & sequens Nomen. *Chald.*

וּרְעוּת

וּרְעוּת מַלְכָּא *Et voluntatem regis*, Esr.5.17.

רַעְיוֹן m. *Depastio*, *Afflictio*, Eccles.1.17. *Chald.* Cogitatio: *unde Plural. Constr.* וְרַעְיוֹנֵי לִבְבָךְ *Et cogitationes cordis tui*, Dan.2.30. *Aff.* רַעְיוֹנָךְ *Cogitationes tuæ*, Dan.2.29. רַעְיוֹנַי יְבַהֲלֻנַּנִי *Cogitationes meæ perturbant me*, Dan.7.28. וְרַעְיֹנֹהִי *Et cogitationes ejus*, Dan.4.16.

מֵרֵעַ masc. *Amicus*, *Socius*, *Sodalis*: *Aff.* מֵרֵעֵהוּ Amicus ejus, Genes.26.26. לְמֵרֵעֵהוּ Sodali suo, Judic.14.20. *Et* מ *cum Scheva*; מְרֵעֵהוּ רָחֲקוּ Quisque sociorum ejus procul absunt ab illo, Prov.19.7. quod potest plurale esse, per defectum literæ י ante Affixum: *Plural.* מֵרֵעִים Socii, Sodales, Judic.14.11. Vide suprà in רוע.

מִרְעֶה masc. *Pascuum*, Gen.47.4. *Constr.* מִרְעֵה עֲדָרִים Pascuum gregum, Jesa.32.14.

מַרְעִית fœm. *Idem*: *Aff.* עַם מַרְעִיתוֹ Populus pascui ejus, Psal.95.7.

רעל *Horrere*, *Tremere.* Chald. est, unde רכובין דִּרְעָלָן Genua trementia, Jesa.35.3. [Semel apud Hebr. in] *Hoph. Præt.* הָרְעָלוּ Horridè agitatæ sunt, Tremere factæ sunt, Nah.2.3.

רַעַל m. *Horror*, *Tremor*: סַף־רַעַל Ut pelvem horroris, Zach.12.2. Ab.Esra, *Stuporis*.

רְעָלוֹת f.p. *Bracteolæ*, Jesa.3.19. quæ collaribus, vittis ac peplis muliebribus addi solent; sic dictæ, quòd semper Tremulæ appareant. Synecdochicè *Peplum*, *Velum*, quo faciem velant, & bracteolis ornatum esse solet: tenue etiam ac facilè mobile ac tremulum.

תַּרְעֵלָה f. *Horror*: יַיִן תַּרְעֵלָה Vinum horroris, Psalm. 60.5. Jes.51.17.

רעם *Tonare*, *Intonare*, *Fremere*, *Perstrepere*, *Personare*, *Commoveri*, *Percelli*: *Præt.* רָעֲמוּ פָּנִים Percelluntur vultu, Ezek.27.35. *Fut.* יִרְעַם הַיָּם Perstre-

pet mare, Psal.96.11. ***Hiph.Præt.*** אֵל הַכָּבוֹד הִרְעִים Deus gloriæ intonat, Psal.29.3. *Infin.* בַּעֲבוּר הַרְּעִמָהּ Ut ad fremitum commoveret eam, 1 Sam.1.6. [Ubi præter normam, ר est cum Dagesch.] *Futur.* בַּשָּׁמַיִם יַרְעֵם In cœlis intonabit, 1 Sam.2.9.

רַעַם m. *Tonitru*, Psal.81.8. רַעַם שָׂרִים Tonitru principum, Job.39.28. וְרַעַם גְּבוּרֹתָו Et tonitru potentiæ ejus, Job.26.14. *Aff.* קוֹל רַעַמְךָ Vox tonitru tui, Psal.77.19.

רַעְמָה f. *Idem*, Job.39.22.

רען *Pih.* רַעֲנַן *Virescere : Præt. fœm.* וְכִפָּתוֹ לֹא רַעֲנָנָה Et ramus ejus non virescet, Job.15.32.

רַעֲנָן m. *Virens, Viridis :* עֵץ רַעֲנָן Arbore viridi, Deut. 12.v.2. כְּאֶזְרָח רַעֲנָן Ut laurus virens, Psalm.37.35. *Chald.* וְרַעֲנַן בְּהֵיכְלִי *Et virens in palatio meo*, Dan. 4.1. *Plur.* דְּשֵׁנִים וְרַעֲנַנִּים יִהְיוּ Pingues & virentes erunt, Psal.92.15. *Fœm.* עַרְשֵׂנוּ רַעֲנָנָה Lectus noster virens est, Cant.1.16.

רעע *Chald.* Fregit, Confregit, Contrivit : *Fut.* תַּדִּק וְתֵרֹעַ *Comminuet & confringet*, Dan.2.40. *In Targum Verbum frequens est, factum ex Hebræo* רָצַץ, *literis* צ *&* ע *permutatis.* *Pah. Partic.* דִּי־מְרָעַע *Quod confringit*, Dan.2.ver.40. *Præt.Hebr.* וְרָעוּ דָּלִיּוֹתָיו Et frangent propagines ejus, Jerem.11.16. ubi Kametz compensativum est ejecti Dagesch : aliâs etiam à רָעָה est, & tum habet Kametz analogum. *Infin. cum* ה *paragogico*, רֹעָה הִתְרֹעֲעָה Confringendo confringet se terra, Jesa.24.19. pro רוֹעַ ut accentus in penultima indicat : Inde per crasin, רַע יֵרוֹעַ Confringendo confringetur, Prov.11.15. *Imper.* רֹעוּ Confringimini, juxta Ab.Esram, Jesa.8.9. Vide etiam suprà in רָעָה. *Fut.* תְּרֹעֵם Confringes eos, Psal.2.9. יָרֹעַ Conteret, Job.34.24. הֲיָרֹעַ Num fracturum esset, Jerem.15.12. *Niph.Fut.* יֵרוֹעַ ut paulò ante. Fuit idem

idem quoque in רוע: vide illic in Niphal. *Hithp. Præt.* התרעה ut paulò ante. Alias significationes, quæ ex hac forma esse possint, vide in רִיעַ & רָעָה.

רוֹעַ m. *Fractus. Confractus : Fœmin.* רֹעָה שֵׁן Dens confractus, Proverb.25.19. Fuit & eadem forma antea in Infinitivo.

רעף *Stillavit, Destillavit : Fut.* יִרְעֲפוּ־טָל Stillabunt rorem, Prov.3.20. Job.36.28. *Hiph. Imp.* הַרְעִיפוּ Destillate, Jes.45.8. יָרֻעֵף Volitat. Deut. 32. 11. Clericus.

רעץ *Confregit :* [Legitur bis] in *Fut.* תִּרְעַץ אוֹיֵב Confregit inimicum, Exod.15.6. וַיִּרְעֲצוּ Et confregerunt, Judic.10.8.

רעש *Movere, Commovere se, Moveri, Commoveri, Concuti, Contremiscere : Præterit.* רָעֲשׁוּ שָׁמַיִם Commovebuntur cœli, Joel.2.10. רָעֲשָׁה כָּל־הָאָרֶץ Commota est universa terra, Jer.8.16. *Partic.* וְהִנֵּה רֹעֲשִׁים Et ecce tremebant, Jer.4.24. *Niph. Præterit.* נִרְעֲשָׁה הָאָרֶץ Commota est terra, Jer.50.46. *Hiph. Præt.* הִרְעַשְׁתָּה אֶרֶץ Commovisti terram, Psal.60.4. *Partic.* וַאֲנִי מַרְעִישׁ Et ego commoturus sum cœlum & terram, Hag.2.7.

רַעַשׁ m. *Commotio, Concussio : Motus terræ,* per Synecdochen, ut Amos.1.1. Zach.14.5. וְקוֹל רַעַשׁ גָּדוֹל Et sonum concussionis magnæ, Ezech.3.13.

רפא *Sanavit, Curavit, Medicatus est : Sanatus fuit.* Construitur cum Dativo & Accusativo : Sæpe etiam cum sequente Radice רָפָה formam commutat. *Præt.* וְרָפָא לוֹ Et sanitas obveniat ipsi, Jesa.6.10. רְפָאתִים Sanavi eos, Hos.11.3. *Partic. præsens,* הָרֹפֵא לְכָל־תַּחֲלוּאָיְכִי Qui sanat omnes infirmitates tuas, Psalm.103.3. Transit & in Nomen, *Medicus : Plur. Constr.* רֹפְאֵי אֱלִל Medici nihili, Job.13.4. *Imperat.* רְפָה שְׁבָרֶיהָ Cura fractiones ejus, Psalm.60.4. cum ה loco א. Et sic *Futur.* וְיָדָיו תִּרְפֶּינָה Et manus

ejus medicantur, Job.5.18. *Niph.Præt.* נִרְפָּא לָנוּ Fit curatio nobis, Jeſ.53.5. *Fœm.* וְלֹא נִרְפָּתָה Et non eſt curata, Jer.51.9. ex forma ſequentis Radicis. Sic *Infin.* לְהֵרָפֵה Curari, Jer.19.11. ſic *Fut.* וַיֵּרָפוּ הַמַּיִם Et ſanatæ ſunt aquæ iſtæ, 2 Reg.2.22. *Pih.Præterit.* רִפֵּאתִי לַמַּיִם הָאֵלֶּה Sanavi aquas iſtas, 2 Reg.2.21. *Infin.cum Futur.* וְרַפֹּא יְרַפֵּא Curando curato, Exod. 21.19. *Hithp.Infin.* לְהִתְרַפֵּא Ad curandum ſe, 2 Regum 8.29.

רִפְאוּת f. *Sanatio*, Prov.3.8.

רְפוּאָה f. *Curatio, Medicamentum, Medela, Sanatio. Plur.* רְפֻאוֹת Jer.30.13.

רְפָאִים m.p. Vide in רָפָה.

מַרְפֵּא m. *Medicina, Curatio, Sanatio*: Pro.4.22. & 6.15. *Eſt etiam cum* ה, לְעֵת מַרְפֵּה Tempus ſanationis, Jerem.8.15. *Lenitas. Eccleſ. 10.4.*

תְּרוּפָה f. vide in רוּף.

רָפַד *Stravit, Subſtravit*: *Fut.* יִרְפַּד חָרוּץ Subſternit exacutum, Job.41.21. vide חָרַץ. *Pih. Præterit.* רִפַּדְתִּי יְצוּעָי Stravi ſtrata mea, Job.17.13. *Imperat.* רַפְּדוּנִי Subſternite mihi, Cant.2.5. ſcil.mala iſta, ut ipſorum fragranti odore recreer. Ab.Eſra ſcribit, Arabicè idem eſſe quod חַזְּקוּנִי *Confortate me.*

רְפִידָה f. *Stratum*: *Aff.* רְפִידָתוֹ Stratum ejus, Cant.3.10.

רָפָה *Remittere, Remiſſum eſſe, Remitti, Deſiſtere, Deficere*: Conſtruitur abſolutè & cum Præpoſitione מִן. *Præt.* רָפָה הַיּוֹם Remittit dies, Jud.9.15. רָפוּ יָדֵינוּ Remiſſæ ſunt manus noſtræ, Jer.6.24. *Fut.* וַחֲשַׁשׁ לֶהָבָה יִרְפֶּה Et cremium flammæ deficit, Jeſ.5. 24. וַיִּרֶף מִמֶּנּוּ Et deſtitit ab eo, Exod.4.26. per Apocopam. *Niph.Part.Plur.* כִּי נִרְפִּים הֵם Quia deſides ſunt, Exod.5.8. *Pih.* רִפָּה *Remiſſum, Debile reddidit, Debilitavit, Deſtituit, Deficere fecit. Præteritum,* וּמְזִיחַ אֲפִיקִים רִפָּה Et zona validos deſtituit, Job.

exurit S. Hieron:

Job.12.21. *Part.* מְרַפֵּא Remiſſas reddit, Jer.38.4. ex forma רָפָא. *Futur.* תְּרַפֶּינָה כַנְפֵיהֶן Remittebant alas ſuas, Ezech.1.24. *Hiph.* הִרְפָּה *Deſiſtere, Abſiſtere, Sinere, Remittere, Dimittere : Imper.* הַרְפֵּה מִמֶּנִּי Deſiſte à me, Judic.11.37. הַרְפֵּה־לָהּ Sine eam, 2 Reg. 4.27. Per Apocopam, הֶרֶף מִמֶּנִּי Deſiſte à me, Deut. 9.14. *Hithp. Præterit.* הִתְרַפִּיתָ Si remiſsè te geſſeris, Prov.24.10. *Partic.* מִתְרַפֶּה בִמְלַאכְתּוֹ Remiſsè ſe gerens in opere ſuo, Prov.18.10. *Plur.* מִתְרַפִּים Remiſſi eſtis, Joſ.18.3.

רָפֶה maſc. *Remiſſus, Debilis*, Numer.13.19. *Conſtruct.* וּרְפֵה יָדַיִם Et remiſſus manibus, 2 Sam.17.2. *Fœmin. Plur.* חַזְּקוּ יָדַיִם רָפוֹת Confirmate manus remiſſas, Jeſ.35.3.

רָפָא רָפָה m. *Gigas*, 2 Sam.21.16,18. ſic dictus, quòd horrendâ ſtaturâ ſuâ aliorum animos debilitaret & Remiſſos redderet. Inde R.Bechai ſcribit Deuter.2. נִקְרָאִים רְפָאִים עַל שֵׁם שֶׁכֹּל הָרוֹאֶה אוֹתָם יָדָיו מִתְרַפּוֹת Id eſt, *Vocantur* רְפָאִים *propterea quòd, quicunque eos aſpiceret, manus ejus remiſſæ fierent*, metu ſcilicet, unde & אֵימִים vocantur. Sæpiùs eſt רָפָא, 1 Par.20.8. *Plur.* רְפָאִים Gigantes, Deut.2.11. Item *Mortui*, vitæ expertes, in quibus virtus vitalis Defecit, Pſalm.88.11. Eſt & Populorum nomen, Geneſ.14.5.

רִפְיוֹן m. *Remiſſio*, Jer.47.3.

רָפַס *Conculcavit, Conturbavit, Perturbavit*, cum ad aquas refertur. Pro ס eſt quandoque שׂ. *Futur.* וַתִּרְפֹּשׂ נַהֲרֹתָם Et perturbas flumina illarum, Ezech. 32.2. תִּרְפֹּשׂוּן Conculcatis, Ezech.34.18. *Chald. Partic. fœm.* בְּרַגְלַיהּ רָפְסָה Pedibus ſuis conculcabat, Dan. 7.7. *Niph. Part.* מַעְיָן נִרְפָּשׂ Fons conculcatus, id eſt, Pedibus conturbatus, Proverb.25.26. *Hithp.* הִתְרַפֵּס *Subjicere, Submittere ſe*, & quaſi Calcandum ſe præbere.

præbere. *Partic.* מִתְרַפֵּס Se ſubjiciens, Pſalm.68.31. ✗
Imper. הִתְרַפֵּס Subjice te, Prov.6.3.

מִרְפַּשׂ maſc. *Conturbatio*, *Conturbatum*. *Conſtr.* וּמִרְפַּשׂ רַגְלֵיכֶם Et conturbationem pedum veſtrorum, Ezek. 34.19. id eſt, aquam turbidam.

רַפְסֹד f. *Ratis*, connexæ trabes: [Semel in] *Plural. Fœm.* רַפְסֹדוֹת Rates, 2 Par.2.16. Formæ חַרְגּוֹל.

בְּרִית Dominus circumcisionis, Susceptor infantis
circumcidendi.

מור, הֵמִיר Mutare. מוּמָר Mutatus, Apostata,qui veram
religionem mutavit. תְּמוּרָה Vicissitudo,Permutatio:
Pro, Vice: Contrarium, Oppositum.

מות Mori. מֵת, מִית Mortuus. מִיתָה, מִיתוּת Mors.

מָזַג Miscere,Temperare,Infundere: יַיִן מָזוּג Vinum tem-
peratum. מוֹזְגִין לוֹ כּוֹס שֵׁנִי Infundunt ipsi poculum
secundum. נִמְזַג Misceri. אֲוִיר מְמוּזָג Aër temperatus.
מֶזֶג Mixtio, Potus infusus: Temperamentum corpo-
ris ex quatuor qualitatibus. מְזִיגָה Mixtio, Infusio.
מַגַּל mole מְזוֹגָא·מָזוֹג Pincerna.

נוּעַ post מָחָה Percutere, Delere, Impedire, Avertere, R.David,
ponitur Amos.7.8. & 1 Sam.15.17. מוּמְחֶה Probatus, proba-
ק vide. tæ fidei, excellens, R.Sal. Jud.18.22.

מָחַל Condonare, Remittere, Ignoscere. מוֹחֵל Condo-
nans, Propitius. מוֹחֲלָן Condonator. מְחִילָה Remis-
sio, Condonatio.

מָחַק Radere, Eradere, Delere, Expungere. נִמְחַק Eradi,
Deleri. מִדּוֹת מְחוּקוֹת Mensuræ rasæ. אין מוחקין
במקום שגודשין Non abradunt (mensuram) in
loco ubi accumulant. מֶחֶק Rasio, Expunctio. מְחִיקָה
Idem. מוֹחַק Hostorium, Lignum rasorium frumenti.

מְטוּ, מְטוּתָא Vide in litera ב: nam absque ea non usur-
patur.

מֶטָטְרוֹן Metatron. Nomen angeli, qui Genes.5.22. in
Jonathane vocatur סַפְרָא רַבָּא Archicancellarius
cœlestis.

מטל, מְטוּל, אַמְטוּל, אַמְטוּלָא Propter, Pro. Sequente

 דְּ vel

דְּ vel דִּי Propterea quòd, Eò quòd, Quoniam, Quia. Sequente הֵיכְנָא Propterea, Quare, Quam ob rem. מִטּוּל כֵּן Idcirco.

מטר, מַטְרוֹנָא, מַטְרוֹנִית Matrona.

מֶטְרֹפּוֹלִין Metropolis, Cant. 1. 5. in Sal.

מִידֵי Quicquam: Causâ, Propterea quòd, Talmud. Cum negatione, Nihil, Nullus.

מִיל Milliare: Plur. מִילִין Milliaria.

מִין Species: Hæreticus, qui & מִינָאי. Plur. מִינִים Hæretici, quâ voce sæpè Christianos intelligunt: תְּשׁוּבַת הַמִּינִים Responsio hæreticorum, id est, hæreticis Christianis danda, Gen. 1. 26. in R. Salom. מִינוּת Hæresis, מִין אַחֲרוֹן Species infima, specialissima: מִין אֶמְצָעִי Species media, id est, subalterna צוּרָה הַמִּינִית Forma specifica. Plural. צוּרוֹת מִינִיּוֹת Formæ specificæ.

מכס, מוֹכֵס Publicanus, Telonarius.

מַלֵּל Loqui, Dicere. מִלָּה Dictio, Vocabulum, & synecdochicè, Vox indeclinabilis, quæ & מִלַּת הַטַּעַם Vox gustus dicitur, quia vocis declinabilis condimentum est.

ממח, מוּמְחֶה Probatus, Exploratus, Expertus: רוֹפֵא מוּמְחֶה Medicus probatus. Author Aruch ponit Radicem מָחָה.

מִמֵּילָא A seipso, id est, מֵאֵלָיו. Sic מִמֵּילֵיהֶם A seipsis, pro מֵאֲלֵיהֶם. Talm.

ממן, מָמוֹן Opes, Divitiæ, Facultates, Substantia. יש אדם חביב ממונו על נפשו Quibusdam hominibus chariores sunt opes corpore suo.

מַמָּשׁ Aliquid, Quicquam; Solidum, Substantiale, *exactè, Adv*: Legitur & in Targum Hieros. Deut. 32. 17. & Jonathan pro eo habet מִדַּעַם quod ante explicatum est. אֵין בּוֹ מַמָּשׁ Nihil in eo est solidi vel certi. מַמָּשׁוּת idem.

מִן A, Ex. Sæpè inservit allegationibus locorum Scripturæ,

pturæ, Ex, ſcil. loco vel locutione ſequenti. מִנַּיִן Unde? vide אַיִן.

מָנַע Prohibere. נִמְנַע Prohiberi. הוּא מִן הַנִּמְנַע Illud eſt de prohibito, id eſt, impoſſibili, Impoſſibile eſt: אֶפְשָׁר וְנִמְנַע Poſſibile & impoſſibile. מְנִיעָה Prohibitio, מוֹנָעִים Impoſſibilia. מוֹנְעִים Impedimenta.

מְנָת Hinc cum Præpoſitione, עַל מְנָת Hoc pacto, Hac lege: Eâ conditione, Propterea ut.

מָסַר Tradere, veluti de manu in manum: item Prodere. מוֹסֵר Proditor; Plural. מוֹסְרוֹת Proditores. מָסוֹרֶת Traditio. Sic vocant etiam notas Grammaticas & criticas circa textum Biblicum.

מָעָה Obolus: מֵעָה vel מָעָה Pecunia, מָעוֹת Pecuniæ, Denarii.

מְעַט Parum. מִיעוּט Paucitas. עַל מְעַט Paucies, Raro. וּמַן מוּעָט Tempus parvum, exiguum.

מַפָּה Mappa, Mantile.

מוֹפֵת Vide in יפת.

מָצָא Invenire: item Poſſe, apud Talmudicos. נִמְצָא Exiſtens, Ens: Præſens. Perſona ſecunda, apud Grammaticos, unde כ"ף הנמצא Caph perſonæ ſecundæ affixum, Hoſ.4.ver.6. in R.David. הוּא לֹא בִנְמְצָא Illud non eſt in exiſtentia, id eſt, non exiſtit vel invenitur ampliùs. נִמְצָאִים הַתַּחְתּוֹנִים Entia inferiora. מָצוּי Exiſtens, Præſens: מָעוֹת מְצוּיוֹת Pecuniæ præſentes. מְצִיאוּת Exiſtentia, Entitas, Subſtantia: יֵשׁוּת וּמְצִיאוּת הָאֲמִיתִי Eſſentia & ſubſtantia vera, Proverb.8.14. in Kaſvenaki. תַּמְצִית Subſtantia, הַמְצָאָה Inventio.

מִצַּע, אֶמְצַע Medium. מְצִיעוּת Medietas. אֶמְצָעִי Mediator. מִיצּוּעַ Medium, Medietas, Mediatio, Centrum.

מֶקַח Acceptio, Emptio. Eſt à לקח, & loquuntur ſic Rabbini, pro מִקַּח: Hinc מֶקַח וּמִמְכָּר Emptio & venditio.

מַר, מָרָא, מָרֵי Dominus, vox Babylonica. Interponunt & א, ut מָארֵי. Inde מָארֵי עָלְמָא Dominus mundi, Exod.12.11. in Jonathane. Fœmin. מָרַת בֵּיתָא Hera domeſtica. מָרָן Dominus. מָרָן דְּבִשְׁמַיָּא Dominus qui eſt in cœlis, id eſt, cœleſtis, Deus: Plur. מָרָנָן.

מַרְחֶשְׁוָן October menſis: Interdum חֶשְׁוָן.

מַרְכָּז Vide in רכם.

מָרַס Atterere, Conterere: מוּרְסָן Tritum, Furfures poſterioris farinæ, Amoſ.7.14. in R.D.K.

מָשַׁךְ Trahere. נִמְשַׁךְ Trahi, Sequi. מְשִׁיכָה Conſecutio, Tractio.

מָתָא Urbs, Civitas. Scribunt & מַתָּא.

מָתַי Quando? Categoria Logica.

מָתַן, הַמְתִּין Exſpectavit. מְתִינוּת Exſpectatio. בִּמְתִינוּת Pedetentim. הַמְתָּנָה Exſpectatio, Mora, cujus oppoſitum מְהִירוּת Feſtinatio, ut Prov.8.14. in Kaſvenaki.

נ

נָאֶה Pulchrum, Decorum, Decens, Elegans: דּוֹרוֹן נָאֶה Donum pulchrum. נָאָה Pulchra. נָאוֹת Idem: Plur. נְאוֹתִים Pulchri: נוֹי Pulchritudo. סִבּוֹת נְאוֹתוֹת Cauſæ pulchræ.

נָבוּב Cavum, Concavum.

נָבַל Stultè, Turpiter agere vel dicere. נִבּוּל Turpitudo, Obſcœnitas. נִבּוּל פֶּה Obſcœnitas oris, os obſcœnum. נַבְלוּת Turpitudo.

נָגַב, אִתְנְגִיב Areſcere, Exareſcere. מְנוּגָּב Arefactus. מְנַגֵּב Arefaciens, Exſiccans.

נֶגֶד Contra: מִשְׁפָּטִים נֶגְדִּיִּים Propoſitiones contrariæ vel oppoſitæ. הִתְנַגְּדוּת Oppoſitio, Contrarietas. כְּנֶגֶד Reſpectu, Pro, Contra.

נגד, הִגִּיד Enarrare, Annunciare. הַגָּדָה Hiſtoria, Enarratio:

ratio : הגדה של פסח Hiſtoria paſchatis. אַגָּדָה Diſcurſus narrationis varius.

נָגַהּ Lucere, Splendere. נֹגַהּ Splendor : Venus planeta. הִגִּיהַּ Illuſtrare : Emendare, Corrigere libros. מַגִּיהַּ Corrector librorum. סֵפֶר מוּגָה Liber correctus. הַגָּהָה Correctio : Item Obſervatio, Annotatio, Animadverſio marginalis in vocem vel locutionem aliquam.

נִגֵּן Pulſare fides, Pſallere. נְגִינָה Pulſatio, Concentus, Accentus Grammaticus, Muſicæ index. נִגּוּן Melodia, Harmonia, Muſica. כְּלִי נִגּוּן Inſtrumentum muſicum. מְנַגֵּן Pſaltes.

נָד Vagari : פּוֹעַל נוֹדֵד Verbum tranſitivum, quod & יוֹצֵא Egrediens vocant.

נִדָּה Amovere, Removere, Separare. נִדּוּי Separatio, Excommunicatio. מְנוּדֶּה Excommunicatus. מְנַדֶּה Excommunicans.

נֶדֶן, נְדוּנְיָא Dos ſponſæ, quam marito tempore nuptiarum affert : R.Salom. Gen.31.15.

נָהַג Solere, In more habere, Aſſueſcere. הִנְהִיג Aſſuefacere, Gubernare, Regere, Ducere : מִתְנַהֵג Uſitatus : Aſſuefactus, Exercitatus. מִנְהָג, הַנְהָגָה Ritus, Mos, Conſuetudo : סֵפֶר מִנְהָגִים Liber rituum, Ritualis, Eccleſiaſticus, Breviarium, ut vocant : הַנְהָגָה מְשׁוּבַּחַת Mos laudabilis. מַנְהִיג Gubernator, Dux, Rector.

נוּחַ Quieſcere. נַיִח, נִיחַ Quies, Requies. לְנַיְחָ Quietè, Leniter, Tranquillè. בְּנַיְיח Idem. נוֹחַ Tranquillum, Facile. Unde דָּבָר שֶׁנּוֹחַ לִדָּלֵק Res quæ facilè incendi poteſt, Jeſ.33.11.in R.Sal. נוֹחַ לוֹ לְאָדָם Expedit homini, Melius eſt ipſi, ut hoc agat, quàm, &c.

נִוֵּל Inquinare, Conſpurcare, Fœdare. מְנֻוָּל Fœdum, Turpe, Abominabile. נִוּוּל Fœditas, Turpitudo, Thren. 4.9. in R.Salom. נְוָלָה Idem.

נום Dormitare, Dormiturire. מְנַמְנֵם ,מִתְנַמְנֵם Dormituriens.

נוע Moveri. מִתְנוֹעֵעַ Mobile : בִּלְתִּי מִתְנוֹעֵעַ Immobile. הַמֵּנִיעַ Movens, Motor. אוֹת מוּנַעַת Litera mota, quæ pronunciatur. תְּנוּעָה ,הֲנָעָה Motio : Vocalis, apud Grammaticos, quia movet literam per pronunciationem.

מזל ,מַזָּל Sydus, Signum cœleſte : חכמי המזלות Sapientes, Periti aſtronomiæ, Aſtronomi : גלגל המזלות, vel אוֹפַן הַמַּזָּלוֹת Circulus ſignorum, Zodiacus. מַזָּל Fortuna.

נָזַף Increpare, Objurgare. נָזוּף Reprehenſibilis. נְזִיפָה Increpatio, Objurgatio.

נָזַק Nocere, Lædere, Damnum inferre. אִתְנַזַּק Lædi, Damnum pati. הַמַּזִּיק Qui lædit, Damnum inferens. מַזִּיקִין Dæmones. הַנִּזָּק Damno affectus: נֶזֶק Damnum. הֶיזֵּק Idem.

נחץ נָחוּץ Urgens, Acceleratum : נְחִיצָה Acceleratio, Feſtinatio : בִּנְחִיצָה Feſtinanter, Velociter.

נָטָה Inclinare : נְטִיָּה Inclinatio : Declinatio, ut eſt נְטִיַּת הַשֵּׁמוֹת Declinatio Nominum : שֵׁם הַנּוֹטֶה Nomen inclinans ſe, obliquum, obliqui caſus, cujus oppoſitum שֵׁם הַיָּשָׁר Nomen rectum.

נָטַל Capere, Accipere : Elevare, tollere, auferre : de manibus, Lavare, quia ſpeciali ceremoniâ elationis illud fit. Hiphil : ut יַטִּיל יָדָיו Lavabit manus ſuas. טוֹל קוֹרָה מִבֵּין עֵינֶיךָ Tolle trabem è medio oculorum tuorum. נְטִילָה Elevatio : נְטִילַת יָדַיִם Lotio manuum.

נָטַף Stillare. טִפָּה Stilla, Gutta : Vide טוף.

נטר ,נוֹטְרִין Notarii. נוֹטָרִיקוֹן Notaricum, genus ſcriptionis, quo certæ vocis literæ ſingulæ, totidem alias diverſas dictiones denotant. Vide Abbreviat. noſtras.

ניר

נְיָר Charta, Papyrus : נְיָר וּדְיוֹ Charta & atramentum.

נָכָה, הִכָּה Percutere : מַכִּין לוֹ מִן הַמָּעוֹת Decutiunt ipsi de pecuniis, id eſt, detrahunt, ſubtrahunt, diminuunt. Sic Germani in ſenſu ſimili **Abſchlagen.** הַכָּאָה Percuſſio : Multiplicatio arithmetica.

נֹכַח Coram : Perſona ſecunda Grammat. Hinc Kimchi Pſalm. 5. 6. ſcribit : דֶּרֶךְ הַלָּשׁוֹן לְדַבֵּר פַּעַם לְנוֹכַח וּפַעַם שֶׁלֹּא לְנֹכַח Mos hujus linguæ eſt, ut aliquando loquatur in perſona ſecunda, & non in perſona ſecunda (in uno ſcil. eodemque loco, vel verſu.) Idem habetur in eodem, Obad. 1. נוֹכְחִי Præſens.

נָכַר Agnoſcere. הֶכֵּר, הַכִּירָה Diſcretio, Dijudicatio.

נַמֵי Etiam.

נמך, נָמוּךְ Depreſſus, declivis. מָקוֹם נָמוּךְ Locus declivis. רוּחַ נְמוּכָה Spiritus, animus depreſſus : חוֹמָה נְמוּכָה Murus depreſſus, Thren. 2. ver. 8. in R. Salom. לְהַגְבִּיהַּ וּלְהַנְמִיךְ Ad attollendum vel deprimendum, ſcil. vocem, Amoſ. 6. 5. in R. Salom. נְמִיכוּת Depreſſio, Submiſſio : נְמִיכוּת הַקּוֹל Submiſſio vocis.

נמם, נִימוּס Lex, Mos, Conſuetudo. Eſt Græcum νόμος. Plur. נִימוּסִין Leges, Statuta. דָּת טִבְעִית וְנִימוּסִית Jus naturale & legale ſeu civile.

נמף, נִמְפֵי Nympha, Sponſa. Eſt Græcorum νύμφη, & legitur Cant. 4. in Targum. Scribunt etiam נִנְפֵי.

נמק, נִמּוּקִים Obſervationes, Animadverſiones, Annotationes marginales ad authorem aliquem.

נָמֵר Pardus, cujus pellis variegata. מְנוּמָּר בְּשֶׁבַע גְּוָנִים Variegatum ſeptem coloribus.

נַנָּס Pumilio, Pygmæus : אֲנָשִׁים נַנָּסִים Homines pumiliones, menſuræ cubitalis, Kimchi Ezech. 27. 11. & R. Salom. ibidem.

ננף, נִנְפֵי, ut antè in נמף.

נִסָּה Tentare, Experiri. נִסָּיוֹן Experientia, Tentatio, Probatio : Plur. נִסְיוֹנוֹת.

נָסַח Evellere, Eruere, Transferre. נוּסְחָא Exemplar libri vel ſcripti : Plur. נוּסְחָאוֹת Exemplaria. הִסִּיחַ vel הִסַּח Tranſtulit, Evulſit.

נסך, מַסֶּכֶת, מַסֶּכְתָּא Tractatus abſolutus, Pars, Volumen libri. Sic vocantur libri Talmudici ſinguli.

נסן, נִיסָן Martius menſis.

נַסַּר Incidere, Secare. נֶסֶר Aſſer, Tabula. נְסוֹרֶת Fragmentum, Fruſtum, Feſtuca.

נְפַק Egredi, Exire. אַפִּיק Produxit, Protulit. מַפִּיק Proferens : hinc Mappik, punctum Grammaticale, docens literam ſuam pronunciandam. נָפֵק בַּר Egrediens foràs, ſcil. ſcortandi causâ, Scortator : נָפְקַת בָּרָא Scortum, Meretrix vaga. בֵּית נַפְקַת בָּרָא Lupanar. נָפְקוּתָא Conſequentia. נָפְקָא מִנֵּיהּ Egreditur, Sequitur inde.

נֶפֶשׁ Anima : Corpus, Ipſe, Ipſemet : בְּנַפְשׁוֹ Per ſe ipſe, בַּעַל הַנֶּפֶשׁ Animatum. כֹּחוֹת נַפְשִׁיּוֹת Facultates animales. דִּינֵי נְפָשׁוֹת Judicia corporum, id eſt, capitalia, criminalia, quibus opponuntur דִּינֵי מָמוֹנוֹת Judicia pecuniaria, quæ bona tantùm ſpectant, 2 Sam. 25. 13. in Kimchi.

נֶצַח Æternitas, Æternum. נִצְחִי Æternus : חַיִּים נִצְחִיִּים Vita æterna. נִצּוּחַ Victoria. סֵפֶר הַנִּצּוּחַ Liber topicorum, R. Levi, Proverb. 24. 7. & alibi. טַעֲנוֹת נִצּוּחִיּוֹת Rationes probabiles, quibus opponuntur מוֹפְתִיּוֹת Demonſtrativæ.

נָצַל Evadere, Eripere ſe. הִתְנַצְּלוּת Ereptio ſui, Defenſio, Excuſatio. הִתְנַצֵּל Excuſare, Defendere ſe per refutationem & remotionem contrariorum, Ex Exod. 33. 6.

נצץ, נִיצוּץ Scintillatio, Radiatio : נִיצוּץ הַחַמָּה Radiatio ſolis, radii ſolares.

נצר, נוֹצְרִי Nazarenus, יֵשׁוּעַ הַנּוֹצְרִי Jeſus Nazarenus. הַנּוֹצְרִים Chriſtiani. Hinc in R. Gedalja, הַיְּהוּדִים שֶׁנִּתְנַצְּרוּ Judæi qui Chriſtiani facti ſunt.

נָקַב Perforare. נְקָבִים Foramina, Meatus. Hinc צָרִיךְ לִנְקָבָיו Opus habet meatus ſuos, ſcil laxare: אַל יַשְׁהֶה אָדָם נְקָבָיו Ne quis remoretur meatus ſuos. Periphraſi honeſtâ dicuntur hæc de evacuatione alvi, & quidem נְקָבִים גְּדוֹלִים Excrementa craſſa: נְקָבִים קְטַנִּים Excrementa tenuia, Urina, R.David 1 Sam. 24.4. נְקֵבָה Fœmina: לְשׁוֹן נְקֵבָה Vocabulum fœmininum.

נָקַד Punctare. מְנוּקָד Punctatum. נַקְדָן Punctator. נִקּוּד Punctatio.

נָקַר Effodere: Inquirere. נִקּוּר Effoſſio, Inquiſitio.

נַרְתֵּק Theca, Vagina, R.Sal. Jeſa.49.2.

נָשָׂא Ferre, Portare: Prædicare, apud Logicos. נוֹשֵׂא Subjectum, נָשׂוּא Prædicatum, Adjunctum apud Logicos. Hinc תַּהֲפוּכוֹת לֹא יַעַמְדוּ בְנוֹשֵׂא אֶחָד Contraria non ſubſiſtunt in eodem ſubjecto, Prov.8.13. in Ab.Eſra. נְשׂוּא פָנִים Honorabilis, elati vultus. הִשִּׂיא Nuptui dedit, Elocavit filiam, quaſi Ferre fecit. נָשׂוּי Portatus, Uxoratus, cujus oppoſitum פָּנוּי Cœlebs, Otioſus. מַשָּׂא Onus, Acceptum: מַשָּׂא וּמַתָּן Acceptum & datum, Creditum & debitum.

נשג, הִשִּׂיג Aſſequi, Attingere, Apprehendere. מַשִּׂיגִים Eventa, Accidentia: חָכְמָה הַמּוּשֶּׂגֶת Sapientia acquiſita: הַשָּׂגוֹת Apprehenſiones: הַשָּׂגוֹת הַחוּשִׁיּוֹת Apprehenſiones ſenſibiles, Prov.5.13. in R.Levi.

נִתַּח Diſſecare, Dividere: נִתּוּחַ: Diſſectio: נִתּוּחַ אֵבָרִים Diſſectio membrorum, Anatomia.

נָתַךְ Fundere. מַתָּכוֹת Fuſilia: Mineralia, Metalla.

נָתַן Dare. מַתָּן Datum, ut paulò antè in נשה poſitum. נְתִינָה Datio.

נתר, הִתִּיר Solvit, Expedivit: Licitum reddidit, Permiſit, Conceſſit. מוּתָּר Licitum, permiſſum, conceſſum. הֶיתֵּר idem, cujus oppoſitum, אָסוּר Prohibitum.

ס

סָבַב Circuire, circumdare. סוֹבֵב In orbem moveri, agi: סְבִיבָה Circumactio in orbem, motus circularis: סביבת הגלגלים Motus circularis ſphærarum. סִבָּה Cauſa, מְסוּבָּב Cauſatum, id eſt, Effectum: hinc, בְּסוּר הַסִּבָּה יָסוּר הַמְסוּבָּב Sublatâ causâ, tollitur effectum, Proverb.22.11. in Kafvenaki. סִבָּה רִאשׁוֹנָה Cauſa prima, id eſt, Deus, qui etiam vocatur סִבַּת הַסִּבּוֹת Cauſa cauſarum: סִבָּה חוּמְרִית Cauſa materialis, צוּרִית formalis, פּוֹעֶלֶת efficiens, תַּכְלִית finalis. מְסִבָּה Ambitus, Circuitus, סְבוּבִי Circularis: כִּי תְנוּעַת הַגַּלְגַּלִּים הַסְּבוּבִית Nam motus orbium cœleſtium circularis eſt, Proverb.8.28. Kafvenaki. סָבִין, סוּבִּין Furfures, R.D. Amoſ.7.14. & 9.9. in Raſchi.

סבט, סַבַּטְיוֹן Sabbathinum flumen, de quo bellè fabulantur Rabbini.

סָבַל Portare, Bajulare. סַבָּל, סַבְלָן Bajulus. סַבְלוֹנוֹת Paraphernalia, dona ſponſi quæ ſponſæ ſuæ affert tempore nuptiarum.

סָבַר Putare, Opinari, Exiſtimare. סְבָרָה Opinio. סֵבֶר, מַרְאֶה סֵבֶר Aſpectus: Spes, Fiducia. סֵבֶר אַפִּין יָפוֹת לַחֲבֵרוֹ Oſtendit aſpectum vultus ſereni ſocio ſuo. סְבִיר אַפִּין Honorabilis, Spectabilis. סָבוּר Perſuaſus, opinione imbutus. סָבוּר הָיִיתִי Opinatus ſum.

סָגַל Lucrari, Proprium ſibi facere, proprietatis jure acquirere. מְסֻגָּל Lucrum. סְגוּלָּה Proprietas, Proprium, Proprium Logicum, propria ac peculiaris conditio: שֵׁם סְגוּלָּה Nomen proprietatis ſive proprium, veluti גָּעָה סְגוּלָּה לְשׁוֹר Mugire, eſt proprium boum: צְחוֹק סְגוּלָּה לְאָדָם Riſus, proprium hominis.

סגן, סִגְנוֹן Argumentum, Thema, Propoſitum, Tenor, Stylus, R.Sal. Jer.23.30.

סֶרֶן Polus: Incus, Jeſ.41.7. in Kimchi. סֶרֶן הַצְּפוֹנִי Polus borealis, ſeptentrionalis, arcticus: סֶרֶן הַדְּרוֹמִי Polus meridionalis, antarcticus, Amoſ.5.8. in Aben Eſra.

סָרַק Findere: סֶרֶק Fiſſura.

סִדֵּר Ordinare, Diſponere; סֵדֶר, סִדּוּר Ordo, Ordinatio, Series, Diſpoſitio. סוּדָר Sudarium, Linteum, Velamen, סָדוּר Ordinatum. סִדְרָא Sectio Legis.

סוּב Seneſcere: סִיבָא, סִיב Senex. סִיבוּ, סִיבוּתָא Senectus.

סוּג Genus logicum, prædicabile: סוּג הָעֶלְיוֹן Genus generaliſſimum. סוּג אֶמְצָעִי Genus ſubalternum. Item סוּג Sepire. סְיָג Sepes. סוּגְיָה Ordo, Uſus, Conſuetudo, Pſal.104.30. in Kimchi.

סוּם, סִיֵּם Finire, Complere, Abſolvere. סִיּוּם Finis, Complementum.

סוּן, סִיוָן Maius menſis.

סוּס Equus: סוּסְיוֹת Equæ, Eſth.8.10. in Aben Eſra.

סוּר Hiphil הֵסִיר Auferre, Subtrahere, cujus oppoſitum הוֹסִיף Addere: הֲסָרָה Subtractio, תּוֹסֶפֶת Additio, in Arithmeticis.

סָחַט Exprimere ſuccum aut humorem. הַסּוֹחֵט זֵיתִים Exprimens olivas. סְחִיטָה Expreſſio.

סָטַן Adverſari. סָטָן Adverſarius, Satan, Spiritus malignus.

סָטַר Demoliri, Deſtruere: Alapam impingere. סְטַר Latus: בִּסְטַר In latere, Juxta, Prope.

סַיִף Gladius, Sica, Enſis.

סַיַּע Juvare. סִיעָא, סִיַּעְתָּא Auxilium: סִיּוּעַ Idem. בְּסִיַּעְתָּא דִשְׁמַיָּא Auxilio cœlorum, id eſt, Dei.

סַךְ Summa, numerus conſummatus: סַךְ הַחֶשְׁבּוֹן Summa numeri. סַךְ הַכֹּל Summa ſummarum: סַךְ הַמָּעוֹת Summa pecuniæ.

סָכַם Numerare, Computare, Supputare. סְכוּם Numerus,

merus, ſumma numerata. הִסְכִּים Conſentire, convenire. מַסְכִּים Conſentiens, conformis: מוּסְכָּם Conſenſus, Id de quo convenit, Tranſactum: שֵׁמוֹת הַמּוּסְכָּמִים Nomina univoca, ſynonoma: הַסְכָּמָה Convenientia, Univocatio.

סכן, נִסְכַּן Periclitari, in periculo eſſe. מְסוּכָּן Periculoſus, in periculo conſtitutus: בְּהֵמָה מְסוּכֶּנֶת Jumentum periclitans. סַכָּנָה Periculum.

סִכֵּן Depauperare. מִסְכֵּן Pauper. מִסְכֵּנוּת Paupertas. הִתְמַסְכֵּן Depauperari, quod Verbum ex Nomine præcedenti formatum: כָּל הָעוֹסֵק בְּבִנְיָן הִתְמַסְכֵּן Qui occupatus eſt ædificiis exſtruendis, pauper fit. Legitur & Pſal. 97.7.

סַכִּין Culter: unde סַכִּין בְּיַד שׁוֹטֶה סַכָּנָה Culter in manu ſtulti periculum eſt.

סכר, נִסְכַּר Obturari. אַסְכָּרָה Angina, obturatio fiſtulæ gutturis.

סָלַד Æſtuare, Ardere: Contrahi, corrugari ex ardore. Orare, precari.

סָלַח Condonare. סְלִיחָה Condonatio: סְלִיחוֹת Precationes pro remiſſione peccatorum.

סלן, סִלּוֹן Fiſtula, unde aqua fontana effluit.

סִלֵּק Removere. סִלּוּק Remotio. סָלִיק Finitus, abſolutus: quomodo in fine librorum ſcribere ſolent. Hinc סִלּוּק Accentus, verſum quemque finiens. כְּשֶׁיִּסּוּלַק אֶחָד מֵהֶם יְסוּלַק אַחֵר Sublato uno ipſorum, tollitur alterum.

סַם Aroma, in bonum: Venenum, in malum: סַם הַמָּוֶת Aroma mortis, venenum lethale, סַמִּים Aromata.

סַמְבַּטְיוֹן Sambatjon, fluvius: qui & סַבַּטְיוֹן, de quo ſuprà.

סָמַךְ Niti, Inniti, Incumbere: סָמוּךְ Vicinum, Conjunctum: Nomen conſtructum, Syntacticum. נִסְמָךְ Idem.

סמך

סֶמֶךְ Sustentatio, Fulerum: Probatio. אַסְמַכְתָּא Idem, Gen. 16.3. & Levit. 22.7. in Aben Esra. סְמִיכָה Idem: Item Impositio manuum, χειροθεσία, quâ creabantur ad Rabbinatum. סוֹמֵךְ χειροθέτης, Manus imponens, Promotor. נִסְמָךְ Promotus: סָמוּךְ Licentiatus, Rabbinatui proximus. סְמִיכוּת Regimen, Constructio, forma Nominis constructa, apud Grammat. Relatio, Categoria Logica.

סמל, סִמְלוֹנִין Clavi jugi, vel Lora, quibus ligatur ad caput bovis, Hos. 10.10. in R.Salom.

סִמֵּן Signare, Insignire. סִימָן Signum, σημεῖον, Sectio, Caput, Paragraphus: Item Litera, ut Deut. 33.16. in Aben Esra.

סמר, סְמַרְטוּט Frustum panni aut vestis tritæ.

סנג, סַנֵּיגוֹר συνήγορος, Advocatus, Procurator. סַנֵּיגוֹרְיָא συνηγορία, Defensio, Patrocinium, Exod. 20.2. & Hos. 14.2. in R.Sal. Oppositum ejus, קַטֵּיגוֹר. Vide illic.

סנד, סַנְדָּל Calceus, Calceamentum. סַנְדְּלָר Calcearius, Sutor, quomodo Rabbi quidam celebris fuit appellatus.

סַנְדָּק Susceptor pueri in circumcisione, Compater: Synecdochicè etiam vocatur בַּעַל בְּרִית Confœderatus.

סַנְהֶדְרִין συνέδριον. Sanhedrin, Senatus magnus Hebræorum, Senatores prætorii magni Hierosolymitani septuaginta Judicum.

סַנֵּן Colare, Purgare.

סַנַק Laboravit, Defatigatus fuit: סִנּוּק Labor, Defatigatio, Gen. 30.11. in R.Sal. סַנְקְלִיטִין Judices, Amos 9.1. in R.Sal.

סָפַג Sugere, Sorbere. סְפוֹג, אִסְפּוֹגָא Spongia: נִסְתַּפֵּג Abstergere se, propriè spongiâ.

ספן Honorare, Honore afficere. סָפוּן Honoratus, Gen. 37.1. in R.Salom. סְפִינָה Navis. סַפָּן Nauta: Artifex navis.

סַפְסָל Sella, Scabellum, 2 Reg.12.14. in R.D.
הִסְפִּיק סִפֵּק Sufficere,Sufficiens esse. סִפּוּק Sufficientia: סִבָּה מְסַפֶּקֶת Causa sufficiens: שֵׁם הַמְסוּפָּק Nomen analogum. הִסְתַּפְּקוּת Sufficientia.
סָפֵק Dubium, Ambiguum, ambiguè: מספיק Dubium, Ambiguum. Item Fortè, Fortassis. הִסְתַּפֵּק In dubio esse. סְפֵקוּת Dubitatio. שֵׁם מִסְתַּפֵּק Nomen amphibolon. מְסוּפָּק Dubius.
סַפֵּר Tondere, Radere. סַפָּר Tonsor. מִסְפָּרַיִם, תִּסְפּוֹרִין Forfices. תִּסְפּוֹרֶת Rasura, Rasio. מַסְפָּר Novacula.
סִפֵּר Narrare. סִפּוּר Narratio: Prædicatio logica. סִפּוּרִים Prædicationes, Historiæ.
סֵרֵב Rebellare. סַרְבָּן Rebellis. סַרְבָנוּת Rebellio. סִירוּב Idem, unde illud Rabbinorum: הָרָצוֹן וְהַסִּירוּב הֵם שְׁנֵי קְטָבִים שֶׁכָּל הַפְּעוּלוֹת סוֹבְבוֹת עֲלֵיהֶן Voluntas & noluntas sive rebellio, sunt duo poli, circa quos vertuntur omnes actiones.
סִרְבֵּל Tegere, Operire: מסורבל Opertus, R.Saad.Dan. 7.ver.5.
סַרְגֵּל Lineare,Lineas ducere: מְסַרְגְּלִין אֶת הַסְּפָרִים Lineant libros. מְסוּרְגָּל Lineatum.
סַרְדְּיוֹט Lictor, Præfectus. Plural. סַרְדְּיוֹטוֹת R.Salomon. 1 Sam.10.5.
סָרַח, נִסְרַח Fœtere, Computrescere. הִסְרִיחַ Fœtidum reddidit. טִפָּה סְרוּחָה Gutta fœtida. סִרְחוֹן Fœtor.
סָרַח Rebellare. סוֹרְחָן Rebellio,Contumacia: Rebellis.
סרט סַרְטָן Cancer, signum cœleste.
סָרַס Castrare, Extirpare. מִקְרָא מְסוֹרָס Lectio, textus extirpatus, id est, transpositus, inversus: aut qui per parenthesin interruptus est, Esr.7.6. in Aben Esra. סִירוּס Transpositio verborum,hysterologia: parenthesis, intersectio sententiæ. סֵרִיסוּת Castratio.
סָרַק Pectinare. מַסְרֵק Pecten; unde, הָיוּ סוֹרְקִין אֶת בְּשָׂרוֹ בְּמַסְרֵק הַבַּרְזֶל Fuerunt pectinantes carnem suam pectine

ctine ferreo. סָרָק Sterile, Vacuum fructu: אִילָנֵי סָרָק Arbores steriles, Jes. 41.19. in R. Sal.
סְתָו Hyems: סְתָוִי vel סְתָוָנִי Hybernus: עֲנָבִים סְתָוָנִיּוֹת Uvæ hybernæ, labruicæ.
סְתָם, נִסְתָּם Absolutè, Simpliciter: מִשְׁפָּטִים סְתָמִים Propositiones absolutæ, Indefinitæ. סְתָמָה Antonomasia.
סָתַר Latêre, נִסְתָּר Persona tertia in Verbis: נִסְתָּרִים Pronomina tertiæ personæ, quia ea absens dicitur, ideóque quasi latens. סֵתֶר Latebra: בֵּית הַסְּתָרִים Locus secretus.
סָתַר Repugnare: דְּבָרָיו סוֹתְרִים דִּבְרֵי תוֹרָה Verba ejus repugnant verbis Legis, Dan. 5.12. in Ab. Esra. דְּבָרָיו סוֹתְרִים זוּ אֶת זוּ Verba ejus repugnant sibi invicem, Proverb. 8.7. in Kasvenaki. סְתִירָה Repugnantia, contrarietas, Ibidem.

ע

עֲבַד, עֲבוֹדָה Cultus. עֲבוֹדָה זָרָה Cultus alienus, id est, Idololatricus, Idololatria, Idolum. כְּדֵי עֲבַד Postquam ita factum est.
עָבֶה Densum, Opacum, Crassum.
עָבַר Transire, Præterire. עָבָר Præteritum tempus, apud Grammat. עוֹבֵר Verbum transitivum, quod etiam יוֹצֵא vocant. עוֹבְרִים וְשָׁבִים Viatores, Psalm. 1.3. in R.D. עֲבֵירָה Transgressio. עַבְרְיָנִים Transgressores. הַעֲבָרָה Transitus, Translatio. דֶּרֶךְ הַעֲבָרָה Translatè, metaphoricè. עִבֵּר Imprægnavit, Hebr. Job. 21.10. אִשָּׁה מְעוּבֶּרֶת Mulier imprægnata. מִתְעַבֶּרֶת Idem. עוּבָּר Fœtus in utero, Embrio. עִבֵּר Intercalare. עִבּוּר Embolismus, Intercalatio. שָׁנָה מְעוּבֶּרֶת Annus intercalaris, embolismicus.
עָגַל, עִגּוּל Circulus: עִגּוּל הַמַּזָּלוֹת Circulus signorum cœlestium;

cœlestium : חֲצִי עָגוֹל Semicirculus : עִגּוּלוֹת נְכוֹחִיּוֹת Circuli paralleli, æquidistantes. הִתְעַגֵּל Rotundari, Circulari : מְעַגֵּל Circulans, Circulum describens. הָעֲגָלָה Plaustrum, signum cœleste. בַּעֲגָלָא Citò, celeriter, festinanter.

עד , עֲדַיִין Hactenus, Hucusque. עַד לֹא Priusquam. עַד הֵנָּה Hucusque. עַד כָּאן Idem.

עדן Tempus. בְּעִדָּנָא Nunc, Hoc tempore vel momento : מֵעִדָּנָא Ex hoc tempore, Posthac.

עדר , נֶעְדַּר Deficere, deesse, desiderari. נֶעְדָּר Privatus, הַסְּכָלוּת הֶעְדֵּר קִנְיַן הֶעְדֵּר Privatio, Physica scil. unde, הַחָכְמָה Stultitia est privatio habitus sapientiæ.

עור , עִרְעֵר Litigare, contendere, disceptare. עִרְעוּר Contentio, Exod. 20. 1. in Ab. Esra.

עזז , עַז Obfirmatus : עַז פָּנִים Obfirmatus vultu, perfrictæ frontis, Impudens : sic, עַזּוּת פָּנִים Impudentia.

עטש Sternutare. עִטּוּשׁ Sternutatio.

עַיִן Oculus. כְּעֵין Sicut, Instar. עַיֵּן Inspicere, videre, advertere, attendere, considerare. עִיּוּן Consideratio : צָרִיךְ עִיּוּן Opus habet consideratione. עִיּוּנִי Speculativus. חָכְמָה עִיּוּנִית Scientia speculativa, theorica.

עִיר Civitas, Urbs. עִירוֹנִי, עִירָנִי Urbanus, Civis : עִירוֹנִית Fœmina civis, Urbana.

עִכֵּב Moram facere, Morari, Impedire, Retardare, Detinere : הִתְעַכֵּב Retardari, Impediri. עִכּוּב Mora, Retardatio. עַכָּבָה Idem.

עִכֵּל Concoquere, Consumere cibum in stomacho. אִתְעַכֵּל Concoqui. עִכּוּל Concoctio : כֹּחַ הַמְעַכֵּל Facultas concoctrix.

עכש , עַכְשָׁיו Modò, Nunc : מֵעַכְשָׁיו Deinceps, Posthac.

עלב , נֶעֱלַב Contumeliâ, Injuriâ, Conviciis affici.

עלה , עַל , עֵיל , לְעֵיל , מִלְעֵיל Suprà, super, contra : Synecdochicè מִלְעֵיל Milhel, Vox penacuta. עִלָּה Extollere, Efferre aliquem laudibus. מַעֲלָה Dignitas, Excel-

Excellentia. עִלּוּי Laudatio : ſublimitas, elatio.

עָלַל Cauſam, Occaſionem præbere. עִלָּה Cauſa, occaſio. עַד שֶׁיִּמְצָא לוֹ קְצָת עִלָּה Donec invenerit aliquam occaſionem ipſius occidendi, 1 Reg. 28. in Kimchi. עִלַּת הָעִלּוֹת Cauſa cauſarum. עָלוּל Cauſatum, effectum. מְעוּלָּה Idem.

עלם, נֶעֱלָם Occultum. Sic aliquando vocatur ipſis litera quieſcens, quæ in pronunciatione & ſcriptura occultata eſt : cuius oppoſitum eſt נִרְאֶה, ut ſæpè in Kimchi & Elia. עֲלוּמֵי הָעַיִן Abſcondita Ajin, id eſt, Verba quieſcentia ſecundâ radicali. Frequens in Ab. Eſra. עוֹלָם הַבָּא Seculum venturum, quo partim vitam æternam, partim tempora Meſſiæ (quem exſpectant) intelligunt.

עַם Populus. עַם הָאָרֶץ Populus terræ, id eſt, Plebeius, Indoctus, Imperitus, Idiota : כֹּהֵן עַם הָאָרֶץ Sacerdos idiota, plebeius.

עָמַד Stare : פֹּעַל עוֹמֵד Verbum ſtans, id eſt, intranſitivum, abſolutum, neutrum.

ענב, עִנְבָּל Malleus campanæ interior.

ענה, עִנְיָן Negotium, Res, Ens, Materia, Significatum, Argumentum quod tractatur. עִנְיָן טִבְעִי Ens naturale : עֲנִיּוּת Paupertas ; לְפִי עֲנִיּוּת דַּעְתִּי Pro paupertate ſcientiæ meæ, pro tenuitate ingenii & doctrinæ meæ. עָנִי, עַנְוְתָן Humilis, Manſuetus : עֲנָוָה, עַנְוְתָנוּתָא Manſuetudo.

עסק, הִתְעַסֵּק Occupare, Vacare, operam dare, navare in aliqua re : עוֹסֵק בְּתוֹרָה Operam dat Theologiæ : מִתְעַסְּקִין בְּיַיִן Indulgent vino, compotationibus, Jeſ. 8. 1. in R. Sal. עֵסֶק Negotium, Studium, Opera.

עָפָר Pulvis, Terra : יְסוֹד הֶעָפָר Elementum terræ.

עָפַשׁ הִתְעַפֵּשׁ Muceſcere, Mucidum fieri : Putreſcere, Putrefieri. לֶחֶם מְעוּפָּשׁ Panis mucidus : פִּתָּן מִתְעַפֶּשֶׁת Panis ipſorum muceſcebat. עִפּוּשׁ Mucor: Putrefactio:

עִפּוּשׁ הָאֲוִיר Putrefactio aëris, corruptus & humidus aër, tempestas pluviosa.

עָצֵל Piger : נֶעֱצַל , הִתְעַצֵּל Pigrare, Pigritiâ torpere : עַצְלָן Piger : נָשִׁים עַצְלָנִיּוֹת Mulieres pigræ.

עֶצֶם Os ossis : Corpus, Substantia : שֵׁם הָעֶצֶם Nomen substantiæ, Nomen proprium vel substantivum. Categoria Logica substantiæ. Ipse, Ipsemet : עַצְמִי Ego ipse. מֵעַצְמִי A meipso : בְּעַצְמִי Per meipsum : בְּעַצְמָם Per seipsos: עַצְמוּת Substantia : בְּעַצְמוּת Substantialiter, suapte naturà, Per se : cui opponitur בְּמִקְרֶה Per accidens : עַצְמִיִּים vel עַצְמוּתִיִּים Essentialia, Substantialia : דְבָרִים עַצְמִיִּים Res essentiales : בלתי העצמיים Non essentiales. חֲלָקָה עַצְמִיָּה Pars essentialis. Oppositum ejus מִקְרֶה Accidens.

עקב, מְעוּקָּב Æquilaterum, cubicum. מִסְפָּר מְעוּקָּב Numerus cubicus, æquilaterus. מְשׁוּלָּשׁ מְעוּקָּב Triangulum æquilaterum.

עָקַם Incurvare, Depravare, Torquere. עָקוֹם Obliquus. Curvus : קַוִּים עֲקוּמִים Lineæ obliquæ, curvæ. עוֹקֶם Circumferentia. עַקְמִימוּת Obliquitas, tortuositas עֲקִימוּת Idem : עַקְמוּמִית Convexitas.

עָקַף Callidè agere. עֶקֶף, עֲקִיף Calliditas, Dolus : בָּא עָלָיו בַּעֲקִיפִין Venit ad eum per calliditates, Jes. 6. 8. in Kimchi.

עָקַץ Pungere : עוֹקֶץ Pes, pediculus pomi, cerasi, aut aliorum fructuum : Caput mammæ, Papillæ.

עקר, עִקָּר Radix, Fundamentum, Principale. Hoc etiam Deus aliquando significatur, ut cum dicunt, כּוֹפֵר בְּעִקָּר de quo in כפר. Item כָּל עִקָּר Omne præcipuum, totum fundamentum : כָּל וְעִקָּר Universum & præcipuum. מֵעִקָּרָא A fundamento, A principio. עִקָּרִים Literæ radicales : oppos. מְשָׁרְתִים Serviles.

עַקְרָב Scorpio, & Signum cœleste sic dictum.

עראי

עְרַאי Accidens, Caſus fortuitus : בַּעְרַאי Fortuitò, per accidens : דֶּרֶךְ עְרַאי Idem ; & א ponitur pro ע : nam עְרַע vel אֲרַע Evenire, Contingere : ut ſequitur. Sic שֵׁינַת עְרַאי Somnus accidentalis.

ערב , עִרְבֵּב Turbare, Confundere : לְעַרְבֵּב הַשָּׂטָן Ad confundendum Satanam. עִרְבּוּב Mixtura, Confuſa turba.

עָרָה Nudari. הַעֲרָה Nudatio : In R.Levi ſæpe eſt Doctrina nuda, Nutheſia ex textu collecta, rem nudè proponens.

עָרַךְ Ordinare, Inſtruere, Diſponere. עֵרֶךְ Ordo, Diſpoſitio, Proportio, collatio, comparatio : בְּעֵרֶךְ Reſpectu, ratione. עָרוּךְ Ordinatum : Lexicon, ab ordine vocum ſic dictum : בַּעַל הֶעָרוּךְ Author Lexici Aruch. עַרְכָאוֹת Tribunalia, judicia, conſiſtoria judicialia : מַעֲרֶכֶת Diſpoſitio : מַעֲרֶכֶת מַזָּל Diſpoſitio, Influentia aſtrorum.

עָרַע , אֲרַע Evenire, Occurrere, Contingere. הִתְעָרַע Obviam fieri. עְרַאי Accidens.

ערף , עָרִיף Familiaris, Notus. Quidam ſcribunt & pronunciant מְעָרָב, quaſi ſit Amicus, Socius, multum cum alio commercii habens.

עָשָׂה Facere, Efficere. מַעֲשִׂי Practicus : שכל מעשי Intellectus practicus : מַעֲשִׂית Practica, cujus oppoſitum עִיּוּנִית Speculativa. מִצְוֹת מַעֲשִׂיּוֹת Præcepta practica, quibus opponuntur שִׂכְלִיּוֹת Intellectualia, theorica. Dicunt & מִצְוַת עֲשֵׂה Præceptum fac, id eſt, practicum, affirmativum, quod jubet facere : מִצְוַת לֹא תַעֲשֶׂה Præceptum Non facies, id eſt, negativum. עֲשִׂיִּים Præcepta jubentia, affirmativa.

עתד , עָתִיד Futurus, Futurum tempus, apud Grammat. לֶעָתִיד In futurum : לֶעָתִיד לָבוֹא Idem. כְּמוֹ שֶׁאֲנַחְנוּ עֲתִידִים לְפָרֵשׁ Sicut nos futuri ſumus declarare, i.e. declaraturi ſumus.

עָתַק Transferri. הֶעְתִּיק Transferre, Tranſcribere. הַעְתָּקָה Tranſlatio, Tranſcriptio. מַעְתִּיק Tranſlator, Interpres. מַעְתִּיקִים Interpretes, In Ab. Eſr. ſæpè. שֵׁם הַנֶּעְתָּק Nomen tranſlatum, tranſlativum.

עֵת Tempus: עִתִּים Tempora. Repetitum, eſt Nunc, Quandoque, Interdum: עִתִּים חָלוּם עִתִּים שׁוֹטֶה Nunc ſanus aut ſanæ mentis, nunc ſtultus eſt.

פ

פֵּאָה Latus, Angulus, Pars: מִפֵּאַת Ex parte.

פֵּאֵר, תִּפְאֶרֶת Elegantia, Decus: לְתִפְאֶרֶת הַקְּרִיאָה Ad elegantiam pronunciationis ſive lectionis, i.e. euphoniæ causâ.

פגל, פִּגּוּל Immundities, Res immunda & abominabilis, Cadaver.

פגם, פִּגּוּם, פְּגִימוּת, פְּגִימָה Sciſſura, Ruptura: פְּגִימַת הַסַּכִּין Sciſſura cultri, Ruptura aciei, **Scharten.** פְּגִימַת הַלְּבָנָה Sciſſura lunæ, Maculatio, Macula lunæ, quâ videtur quaſi conciſa: פְּגִימַת הַנֶּפֶשׁ Labes animæ, vitium originale.

פרג, פֶּרְגוֹג Pædagogus, Nah. 3. 8. in R. Salom. פִּידָגוֹגְתָא Nutritia, Gen. 35. 8. in T. Jona.

פרח, פַּדַּחַת Frons, Eccl. 12. 2. in R. Sal.

פָּהַק Oſcitare.

פזם, פִּזְמוֹן Concentus, Rhythmus carminis.

פַּחַד Pavor. פַּחֲדוּת Idem, Prov. 10. 24. in Kaſvenaki.

פָּחַת Minuere, Diminuere. אָדָם פָּחוּת Homo parvus, vilis, deſpectus. לְפָחוֹת Ad minus vel minimum. לֹא פָּחוֹת וְלֹא יוֹתֵר Nec minus, nec majus. פְּחִיתוּת Diminutio: Deſpectio: Plur. פְּחִיתִיּוֹת Defectus, Prov. 9. 4. in Aben Eſra.

פִּטֵּט Obloqui, Obgannire, Garrire: פַּטִּיט Garrulus. פַּטְּטָנִית Garrula: מְפַטְפֵּט בְּדִבְרֵי תוֹרָה Obloquitur verbis

verbis Legis, Verbo Dei : כָּל פִּטְפּוּטַיָּא בִּישִׁין וּפִטְפּוּטַיָּא דְאוֹרַיְתָא טָבִין Omnes garrulitates malæ ſunt, ſed garrulitas de verbis Legis bona eſt.

פָּטַר Diſcedere : פִּטֵּר Dimittere. פָּטוּר Dimiſſum, Permiſſum, Licitum, Immune. נִפְטָר Dimiſſus è vivis, Mortuus. הַנִּפְטָר מֵרַבּוֹ Dimiſſus, Diſcedens à Præceptore ſuo. פְּטִירָה Diſceſſus animæ ex corpore. פִּטּוּר Dimiſſio, Repudiatio, Solutio : גֵּט־פִּטּוּרִין Literæ repudii. שְׁטַר פִּטּוּר Literæ ſolutionis. מַפְטִיר Dimittens : ſic vocatur, qui poſtremam lectionem in cœtu ſacro legens, populum poſtea dimittit. הַפְטָרָה Lectio ſacra prophetica, quâ abſolutâ, populus dimittitur : vide Abbreviaturas noſtras : פּוּטִירִי ποτήριον, Poculus, Scyphus, Gen. 40. 1. in R. Sal.

פִּיֵּט Deprecari, פִּיּוּט Deprecatio.

פַּיְּט Poëta : פַּיְטָן Idem. פִּיּוּט Poëſis, Ab. Eſra. Pſal. 7. 1.

פִּילִי Phiala, R. Sal. Gen. 40. 1.

פִּיֵּס Contentum reddidit, Conciliavit, Placavit. פִּיּוּס Quietatio. Item פִּיֵּס vel פַּיֵּס Deprecari, Petere, rogare.

פֶּלֶא Mirum, mirandum. רוֹפֵא מוּפְלָא Medicus admirandus : חכם מופלא Sapiens excellentiſſimus. פְּלִיאָה Admiratio.

פָּלַג Dividere, dimidiare. פַּלְגוּת Medium, dimidium, dimidia pars. הִפְלִיג Excedere, Excellere, Diſſentire. מוּפְלָג Diviſus, Separatus. בֵּין סָמוּךְ בֵּין מוּפְלָג Sive conjunctum ſive ſeparatum. זָקֵן מוּפְלָג Senex ſeparatus, excedens ætatem ſui ſæculi. דְּעֵהוּ שֶׁהוּא מוּפְלָג Scito eum excellentem eſſe. הַפְלָגָה Exceſſus, Excellentia ſermonis, Hyperbole : זֶה עַל צַד הַפְלָגָה וְגוּזְמָא Illud eſt per modum exceſſus & hyperbolen, Tob. 26. 6. in R. Levi. פְּלוּגְתָא פְּלוּגְתָּה Diſſenſio : הִפְלִיגוּ בִּתְשׁוּבָה Diſſentiunt in reſponſione: מַפְלִיגִין Separant ſe, Diſcrepant, contendunt : פֵּילָגוֹס Pelagus.

פלט , אַפְּלָטוֹן פְּלָטוֹן Plato Philoſophus. פַּלְטִין Palatium : פַּלְטוֹרִין Palatia : פְּלַטְיָא Platea.

פלל , פִּלְפֵּל Exercitare ſe diſputando , מְפַלְפֵּל Diſputans, Exercens ſe acutis & ſubtilibus quæſtionibus. פִּלְפּוּל Diſputatio , Acuta quæſtionis diſquiſitio & diſcuſſio. מְפוּלְפָּל Exercitatus , Acutus diſputator. פִּלְפְּלְתָא פִּלְפֵּל Piper.

פוֹלֵימַרְכוּס πολέμαρχος, Dux , Præfectus ſummus belli, Hoſ.14.2. in R.Sal.

פלם , פִּלוּסָא Vide mox in פסל.

פִּלְסוּף Philoſophus. פִּילְסוּפִיָּא Philoſophia , מִתְפַּלְסְפִין Philoſophantes. אֵצֶל כָּל מִי שֶׁנִּתְפַּלְסֵף Ad quemcunque Philoſophum.

פמב , בְּפוּמְבִי In pompa, Publicè, Palàm, Apertè.

פמל , פָּמַלְיָא , פָּמַלְיָא Familia : פָּמַלְיָא שֶׁל מַעְלָה Familia ſuperior, ſcil. cœleſtis, angelica. נמלך בפמליא שלו Conſultavit cum familia ſua, Geneſ.1.ver.26. in R.Salom.

פנד , פּוּנְדְקִי , פּוּנְדִיק Hoſpes,Caupo : פּוּנְדְקִיתָא Hoſpita, Cauponaria. Ex Græco πανδοχεῖον, R.D. Joſ.2.1.

פָּנָה Evacuare, Experiri, Removere. Et ſic in Niphal, pro Egerere, Evacuare alvum : הַנִּפְנֶה בַּשָּׂדֶה Qui evacuat ſe in agro : נִפְנִין אַחַר הַגָּדֵר Egerunt poſt ſeptem : שֶׁהָיוּ נִפְנִין שָׁם Ubi ſolebant egerere, 2 Reg. 10.27. in Kimchio. פָּנָה Vacare, otioſum eſſe, reſpicere & vertere ſe à negotiis & labore : פָּנוּי Otioſus, Vacans : item Cœlebs, פְּנוּיָה Innupta. פְּנַאי Otium. פָּנִים Modi, Rationes , ut in Logicis Barbara, Celarent. עַל כָּל פָּנִים Omnibus modis. Item Perſona ſecunda apud Grammat. unde מְדַבֵּר בְּפָנִים Loquitur in conſpectu, coram, id eſt, perſonâ ſecundâ, quæ coram ſemper eſt , & quam coram alloquimur ; שֶׁלֹּא בְּפָנִים Quæ non coram, id eſt , Perſona tertia, quæ abſens & occulta dicitur. בִּפְנֵי עַצְמוֹ Pro ſeipſo,

ipſo, ſeorſum. פְּנִים Intra, Interius, Intimum: Textus libri qui interior dicitur, reſpectu Commentariorum, quæ ponuntur exterius in circuitu marginis. לִפְנִים Intra, לִפְנִים מְשׁוּרַת הַדִּין Intra menſuram judicii, Kimchi in fine Pſal. 110. פְּנִימִיּוּת Intimum: אֵיבָרִים פְּנִימִיִּים Membra interiora, viſcera intima, R. Levi, 1 Regum 18.21. הרגשות פנימיות Senſus exteriores. לְפָנִים Antè, paulò antè, mox infrà, paulò poſt.

פנק, פִּנְקָס Pugillaris libellus, in quo ſcribuntur rationes extemporariæ.

פסד, הִפְסִיד Perdere. פְּסִידָה, הֶפְסֵד, פֶּסֶד Perditio, Damnum, Jactura.

פסל, פָּסוּל Profanum, Illegitimum, Illicitum, Ineptum. פְּסִילוּסָא Balbus, Blæſus, Jeſa. 6.8. in Kimchio, & ſic legendum in eodem Kimchi in principio Amos, ubi pravè ſcribitur פִּילוּסָא. Eſt enim Græcum ψελλός.

פָּסַק, נִפְסַק Ceſſare, Deſinere, Deficere. פָּסוּק Verſus Biblicus, Periodus. הַפְסָקָה, הֶפְסֵק Ceſſatio, Intermiſſio: Pauſa, Membrum ſententiæ majus, Accentus pauſans, פְּסִיק Peſik, virgula exiguæ pauſulæ nota: טְעָמִים הַמַּפְסִיקִים Accentus diſtinguentes: פְּסוּק Pauſa.

פְּסַק Decidere, Amputare: Decernere, Sententiam ferre. פּוֹסֵק Arbiter, Sententiam ferens. פִּסְקָא, פְּסַק Sententia, Decretum.

פָּעַל Agere, Operari: Grammaticis, Verbum: פָּעַל יוֹצֵא Verbum tranſitivum, activum: פּוֹעֵל עוֹמֵד Verbum intranſitivum, neutrum: פּוֹעַל עָבַר Verbum præteritum, Ab. Eſra. Exod. 19.18. פּוֹעַל Actus, Actio, Categoria Agere. מִתְפָּעֵל Paſſivum, Patiens. הִתְפַּעֲלוּת Paſſio, 1 Reg. 21.4. in R. Levi.

פָּקַק Obturare, Claudere. פָּקָק Operculum. פִּקְפֵּק Fodere, Scrutari. אין מפקפקין בה Non ſcrutantur, inquirunt

inquirunt in eam. פִּקְפּוּק Obturatio, impedimentum.

פָּקַר Præsumere : פּוֹקְרִים הַמִּינִים Præsumunt hæretici : מַפְקִיר Præsumptuosus. Deductum ut Elias vult, ab אֲפִּיקוֹרוֹס Epicurus. הִפְקִיר Liberum, commune facere, Prostituere : הפקירה עצמה Prostituit seipsam, R.Salom. Gen.38.14. & Gen.24.16. הֶפְקֵר Liberum, commune : נְשֵׁי הַכּוּשִׁיִּים הֶפְקֵר Uxores Æthiopum communes sunt, nec ullus vir novit, quis pater suus sit, Aben Esra Amos 9.7. Hinc & Lupanar Judæis vocatur הֶפְקֵר.

פרג , פַּרְגּוֹד Velum, Cortina.

פְּרַגְמָטוֹס Pragmaticus, πραγματευτής, Mercator, Negotiator. פְּרַגְמַטְיָא πραγματεία, Negotiatio. Scribitur & פְּרַקְמַטְיָא.

פָּרַד Dividere, Separare, Dis-jungere. נִפְרָד Separatum, Abstractum, Absolutum, sive absolutæ formæ Nomen, cujus oppositum נִסְמָךְ Conjunctum, Constructum : מִלַּת מְפוֹרֶדֶת Dictio collectiva, ut צֹאן Ovis, oves. שְׂכָלִים הַנִּפְרָדִים Intelligentiæ separatæ, abstractæ. פֵּירוּד Separatio. נִתְפָּרֵד Separari : Separatum, Singulare fieri, In numerum singularem deduci, Ab. Esra, Gen.23.1.

פַּרְדַּסְאוֹת Custodes, vel, Custodiæ militum, 2 Reg.17. ab initio in Kimchi. Scribitur & פַּרְדִּסְיאוֹת in R.Sal. Vide & Hos.5. ab initio in Comm.

פִּרְכֵּס Trepidare, Tremere, Movere se, Genes.25.22. in R.Salom.

פרה , פַּרְהֶסְיָא παρρησία, unde בְּפַרְהֶסְיָא Publicè, Palàm, Manifestè, Num.11.10. in Ab.Esra. Oppositum ipsi בְּצִנְעָה Secretò, Occultè.

פרז , פְּרוֹזְדוֹר Vestibulum, Porticus: unde illud in Capitulis Patrum, הַתְקֵן עַצְמְךָ בִּפְרוֹזְדוֹר שֶׁתִּכָּנֵס לַטְּרַקְלִין Præpara te in vestibulo, ut possis ingredi in triclinium.

פֶּרַח Flos: פִּרְחֵי כְּהֻנָּה Flores ſacerdotii, Job.30.12. in R.Levi.Sic vocant adoleſcentes ſacerdotum filios, jam ſe ad ſacerdotium applicantes.

פָּרַט Particulare, Specificum, Individuum, ſingulare. בִּפְרָט Speciatim,Particulariter, In ſpecie, לִפְרָט קָטוֹן Ad numerum minorem; de annis mundi, quando millenarium omittunt. פְּרָטִי Specialis,Particularis: סִפּוּר פְּרָטִי Prædicatio particularis, apud Logicos: עִנְיָנִים פְּרָטִיִּים Res particulares, הַשְׁגָּחָה פְּרָטִית Providentia ſpecialis. פְּרָטִיּוּת Particularitas, Singularitas. פְּרוּטְרוּט Minuritio, Modulatio minuta, Amos 6.6. in R.Salom. Item פָּרַט Commutare magnas pecunias in parvas, q.d. particulare pecunias. פְּרוּטָה Obolus, nummulus.

פָּרַךְ Frangere: הִתְפָּרֵךְ Frangi, R.Levi, Joſ.9.5.

פרן, פִּרְנֵס Gubernare, Paſcere, Cibare. פַּרְנָס Gubernator, Paſtor, מְפַרְנֶסֶת Nutrix, Cibatrix. פַּרְנָסָה Alimonia, Victus, Suſtentatio.

פרס, פִּרְסֵם Publicare,Divulgare,Manifeſtare. נִתְפַּרְסֵם Revelari,Manifeſtari. מְפוּרְסָם Publicum, Manifeſtum. הַמְפוּרְסָם אֵין צָרִיךְ רְאָיָה Manifeſtum non eget probatione: בִּמְקוֹמוֹת הַמְפוּרְסָמִים In locis publicis. בְּפִרְסוּם Palàm, Manifeſtè, In propatulo.

פָּרַע Rependere, Retribuere, Vindicare, Ulciſci,Solvere debitum. נִפְרַע, אִתְפְּרַע Vindicare, Ulciſci ſe. פּוּרְעָנוּת Vindicta,Ultio,Pœna, פֵּרָעוֹן, פִּירְעוֹן Solutio, Compenſatio,Retributio, Ultio: לָאו בְּנֵי פֵּרָעוֹן נִינְהוּ Non ſunt filii ſolutionis ipſi, i.e. non ſunt ſolvendo. פּוֹרְעָן Ultor: מְרוּבָּה מִדָּה טוֹבָה מִמִּדַּת פּוּרְעָנוּת Amplior eſt proprietas bona(gratiæ)quàm proprietas vindictæ. אֵין הקב"ה נִפְרַע מִן הָאָדָם עַד שֶׁתִּתְמַלֵּא סְאָתוֹ i.e. Deus ſanctus non ſumit vindictam ab homine,niſi dum impleta eſt menſura ejus. בִּפְרִיעַ Citò, celeriter: לְמַפְרֵעַ Retrò, Præpoſterè.

פַּרְפְּרָא Purpura, Jos.7.ver.21. in R.D.

פרץ, פַּרְצוּף Vultus, Facies, Effigies, Figura, Persona. Ex Græco πρόσωπον: Plur. פַּרְצוּפִין Genes.1.ver.27. in Raschi.

פרק, פְּרַקְלִיטָא Consolator. Plur. פרקליטין R.David 2 Sam.24.15. פְּרַקְמַטְיָא Mercatura, Negotiatio, Eccles.4.8. in R.Salom.

פרר, פִּרְפֵּר Conterere, Comminuere. הִתְפַּרְפֵּר Comminui. פְּרוּרִין, פִּרְפּוּרִין, פַּרְפְּרָאוֹת Minutiæ, micæ.

פָּרַשׁ Explicare, פֵּירוּשׁ Explicatio, Commentarius. מְפָרֵשׁ Interpres, Commentator. בְּפֵירוּשׁ In Commentario: Item, Clarè, distinctè.

פָּרַשׁ Separare se, Discedere: Distinguere, Dividere. הֶפְרֵשׁ Discrimen, Differentia. אַפְרָשׁוּת Separatio. פָּרָשָׁה Separatio, Sectio. Sic vocantur Sectiones Legis Mosaicæ, quæ à triplici פ vel ס majusculo incipiunt. Item Versus quilibet Biblicus sic vocatur, ut in Kimchi, Amos 1.11. פְּרִישִׁים Calcaria, à pungendo. Nam הִפְרִישׁ Pungere, Proverb.23.32. Inde Kimchi, פָּרָשִׁים Equites appellantur, שֶׁמַּפְרִישִׁים בְּפָרִישִׁים שֶׁבְּרַגְלֵיהֶם quia pungunt calcaribus, quæ sunt in pedibus ipsorum, Jud.3.31.

פָּשַׁט Extendere, Diffundere se: הִתְפַּשֵּׁט Diffundi, Effundi, Effluere, Extendi. פָּשׁוּט Nudum, Simplex, ut Elementa, cœli & corpora simplicia: item Vulgare: שֵׁם פָּשׁוּט Nomen simplex & absolutum, cujus oppositum מוּרְכָּב Compositum: מִנְהָג פָּשׁוּט Consuetudo vulgaris. שֵׁם הַמּוּפְשָׁט Nomen abstractum. הֶפְשֵׁט Simplicitas. פָּשׁוּט, פְּשַׁט Simplex, Literalis vocis aut loci alicujus sensus. עַל דֶּרֶךְ הַפְּשַׁט Juxta literalem sensum, cui opponitur מִדְרָשׁ Allegoricus & mysticus sensus. Dicunt etiam, אֵין מִקְרָא יוֹצֵא מִידֵי פְּשׁוּטוֹ Non egreditur Versus Biblicus ex literali sensu suo, scil. simpliciter & absolutè, ut nullum litera-

lem

lem ſenſum admittat. פְּשִׁיטָא Certum, Simplex, Abſolutum: פְּשִׁיטָא לָךְ Certúmne tibi eſt, Certúſne es? פְּשִׁיטִין, פְּשׁוּטִין Nummi minimi, indiviſibiles.

פָּשַׁר Liqueſcere, Tepeſcere: מַיִם פּוֹשְׁרִים Aquæ tepidæ. הִתְפַּשֵּׁר שֶׁלֶג Liquefacta eſt nix, R.David Joſ.3. ver.15. פִּשֵּׁר Tranſigere, Convenire, Componere partes litigantes. אַחַר שֶׁנִּתְפַּשְּׁרוּ Poſtquam concordes facti ſunt. פְּשָׁרָה Tranſactio, Compoſitio, Conventio.

פשש, פִּשְׁפֵּשׁ Scrutari, Perveſtigare. פִּשְׁפּוּשׁ Scrutatio. פִּשְׁפֵּשׁ Cimex.

פתא, פִּתְאֹם Repentè: פִּתְאֹמִי Repentinus: רָעוֹת פִּתְאֹמִיּוֹת Mala repentina, Prov.24.22. in R.Levi.

פָּתַח Aperire, Incipere: נִפְתַּח תְּחִלָּה Incipiemus primùm. פְּתִיחָה Apertio: Initium, Ingreſſus, Prologus, Exordium libri vel ſermonis. פֶּתַח Idem. פַּתַח Pathach vocalis. פַּתַח קָטוֹן Pathach parvum, id eſt, Sægol. פְּתָחוּת Pathachatio, Notatio cum Pathach, Kimchi Pſal.19.14.

פָּתַךְ Miſcere, Commiſcere.

פָּתַק Projicere, Impellere. פִּתְקָא Libellus, Scheda: פִּתְקָא דְהַזְמָנָא Libellus citationis: פִּתְקִין קְטַנִּים Schedæ parvæ.

פתר, פָּתוֹר Menſa, Chald.

פָּתַת Secare, Frangere. פַּת Fruſtum, Bucella, Panis. פִּיתִין, פַּתִיתִין Fruſta.

צ

צָבַע Tingere, Colorare. צַבָּע Tinctor. אֶצְבַּע Digitus; אֶצְבָּעִי Digitalis: צֶבַע Tinctura, Color.

צָבַר Congregare. צִבּוּר Congregatio, cœtus eccleſiaſticus: שְׁלִיחַ צִבּוּר Miniſter cœtus vel ſynagogæ, Æditus, negotia ſynagogæ curans.

צרך,

צַד , צַד Latus : עַל צַד Per modum : עַל כָּל־צַד Ab omni latere, Ex omni parte: מִצַּד Ratione, propter : מִצַּד שֶׁ Eò ut, Eò quòd, Propterea quòd : מִצִּדּוֹ Ex parte ejus, בְּאֵיזֶה צַד Quodam modo : כֵּיצַד כְּצַד Quomodo : Nam, Nempe : בְּצַד Juxta : בְּצִדְּךָ Juxta te : Plural. צְדָדִים Latera, Modi. מִשְׁפָּט צְדָדִי Propositio modalis.

צדק , צֶדֶק Jupiter planeta. צְדָקָה Eleemosyna. רְאָיוֹת צוֹדְקוֹת Rationes justæ, certæ, legitimæ, veræ. וְאַחַר כַּךְ תְּבָרֵר צוֹדֶקֶת מֵהַבִּלְתִּי צוֹדֶקֶת Postea declarabis vel distingues legitimum sive verum ab illegitimo, sive falso, R.Levi, Prov.2. ab initio. הַקְדָמוֹת צוֹדְקוֹת Præmissæ veræ, quibus opponuntur כּוֹזְבוֹת Falsæ. צַדְקָנִיּוֹת Justæ, probæ mulieres.

צָהַב Splendere, Rutilare ut aurum : פַּדַּחַת מְאִירָה וּמְצֻהֶבֶת Frons lucens & splendens, R.Salom. Eccl. 12.2. מוּצְהֶבֶת Inauratum : צָהֹב Aureus color, Aurum.

צִוָּה Præcipere, Imperare. צִוּוּי Præceptum : Imperativus modus, apud Grammat. נִצְטַוָּה Præcipi, Mandari, בְּמִצְוַת Mandato, Jussu, Licentiâ N. in titulis librorum. בַּר מִצְוָה Filius præcepti, h.e. tredecim annorum, Gen.17. Aben Esra.

צור , צִיֵּר Formare, Designare. צוּיַר Formari : צוּרָה Forma, Figura. צִיּוּר Formatio, Figura, Pictura, Imaginatio : צַיָּר Formator, Figurator, Pictor : מְצַיֵּר Idem : כֹּחַ הַמְצַיֵּר Facultas figurativa, Imaginativa : מְצוּיָר Efformatum, Figuratum.

צָחַח Candidum, Nitidum, Splendidum esse. צַחוּת Nitor, Elegantia sermonis. לְדַבֵּר צַחוּת Loqui nitida, Elegantia verba, Jesa.32.ver.4. צַחְצָחָן Idem. מְצוּחְצָח Splendens, Nitens, Pellucidum, Illustre, Lucidum.

צָחַק Ludere : מְלֶאכֶת הַצִּיחוּק Ars lusoria : צַחְקָן Lusor.

צִיֵּן Signare, Designare. צִיּוּן Signum, Circumscriptio, Delineatio :

Delineatio : Monimentum ſepulchrale, Epitaphium.

צִירֵת , הֵצִירֵת Attendere, Auſcultare. צַיְתָנִית Auditrix. quibuſlibet rumoribus & ſermonibus aures præbens, ut mos eſt mulierum : Auſcultatrix : Obediens. צִית Exitus, Extremitas : לְצִית שְׁמַיָּא Ad extremitatem cœlorum, aut Versùs cœlum.

צְלָא Orare, Precari. צַלּוֹנִית Oratrix, Precibus jugiter incumbens : בְּתוּלָה צַלְיָנִית Virgo jugiter orans.

צְלַב Suſpendere, Crucifigere, צְלוּב Patibulum.

צְלַח הִצְלִיחַ Proſperari, Felicem eſſe. הַצְלָחָה Felicitas, Proſperitas : הַצְלָחָה נִצְחִית Felicitas æterna.

צְלַל Profundum petere : צָלוּל Limpidum, Clarum, cujus fœculentum omne ſubſidit : יַיִן צָלוּל Vinum clarum : מַיִם צְלוּלִים Aquæ limpidæ. Oppoſitum ejus eſt עָכוּר Turbidum. Vide R.Sal.Gen.34.30.

צְמַח Germinare. צוֹמֵחַ Germinans, Vegetabile. צְמִיחָה Germinatio : vegetatio, accretio : נֶפֶשׁ הַצּוֹמַחַת Anima vegetabilis, Pſal.78.47. in Kimchio.

צְמַל Pubeſcere : צֶמֶל Fructus turgeſcens : metaphoricè, Virgo pubeſcens.

צמם , צִמְצֵם Conſtringere, Coarctare : Succidere. Præcidere : מַרְעִית מְצוּמְצֶמֶת Paſcuum ſucciſum, Rab. Salom.Hoſ.4.16.

צְמַת Contrahi, Conſtringi : צוֹמֶת הַגִּידִים Contractio nervorum.

צְנַן Frigeſcere. צוֹנֵן Frigens : צוֹנֶנֶת Aqua frigida. צִנָּה Frigus. צְנוֹן Raphanus.

צנע , צָנוּעַ Verecundus, Modeſtus : צְנוּעָה Verecunda. צְנִיעוּת Verecundia.

